

PRESENTED TO THE
*2960.6
Public Library of the City of Boston
SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.
By Joshua Bates, Esq.
Received 20 April 1857
No. 27388



MAVRITII HERMANNI EDVARDI MEIERI

COMMENTATIO EPIGRAPHICA.



HALIS,

LIBRARIA C. E. M. PFEFFERI.

MDCCCLII.



Haec commentatio per academicas quasdam opportunitates intra Quintilem et Novembrem menses huius anni edita cum nunc uno volumine comprehensa foras exeat, noluimus silentio praeterire, si qua in iis, quae scripsimus, sive nostra sive typothetae culpa parum emendata vel complementum desiderare et accipere viderentur. Addendorum copiam fecit imprimis, quod nunc modo in manus meas pervenit alterum volumen „Oeconomiae Civilis Atheniensium“, quo vir summus cum alias inscriptiones, quae ad publicos Atheniensium reditus et sumptus illustrandos faciunt, tum titulos de tributis sociorum Atticorum et acute restituit et egregie illustravit atque eius ipsius inscriptionis, quae in hac sylloge principem locum tenet, satis bonam partem in Addendis repetivit.

Itaque p. **4**. v. **8**. a fin. pro **52.** scribendum: **51.** — P. **5**. v. **21**. scribe: *ὑποθε[μ]ένῳ.* — Ibid. v. **26**. *Boeckhius* edidit: *οἱ δὲ σύνεδροι ἀπο — — μενοι ἀπο[δ]όντ[ω]ν.* Cf. etiam quae infra ad v. **56** dicentur. — V. **34**. Graecorum editorum supplementum *ὡς λύειν τ[ι ἐκ] τῶν* mihi parum placere iam p. **4**. professus sum, quippe quod et versum una littera reliquis versibus breviorem faciat et sermonis usui repugnet; utrique medetur quod *Boeckhius* excogitavit *ὡς λύειν τ[ι δεῖ] τῶν.* — V. **38**. scribendum: *Ἀθην[αίο]ις.* — V. **41**. *Boeckhius* retinuit Graecorum editorum *ὅ[πον*, statuit igitur diphthongum *ου* hic quoque, ut vv. **31**. et **51**., duabus litteris scriptam esse; nihilominus meum *οὖ[περ* praefero. — V. **56**. Malo nunc: *ἐν τῷ ν[ησυδρί]ῳ.* — Quod hic legitur *οἵδε ἡρέθησαν*, idem extat in titulo, quo foedus Atheniensium cum Cei quibusdam civitatibus continetur, edito illo a *Boeckhio* Oec. Civ. Ath. **2**, p. **353**. v. **39**. In eodem titulo (vv. **28**. et **37**.) dimidia pars bonorum

publicandorum praemii loco promittitur τῷ φήναντι ἢ ἐνδείξαντι, ut in hoc titulo v. 26. —

P. 12. v. 12. a fin. De X talentis *Boeckhius* retractavit quod eum retractaturum esse dixi. — Quod de civitatibus foederi adscriptis, earum pleraeque etiam inter tributarios Atheniensium socios in titulis, qui ad hos pertinent, commemorantur exceptis Thebanis, Acarnanibus, Alceta, Neoptolemo, Pronnis Cephalleniae, Antissaeis et Eressiis Lesbi (cf. de his *Boeckh.* l. c. p. VII. sq. p. XX. in Add.) atque Astraeoesiis. Ex Cei oppidis soli Coresii illis in titulis memorantur, *Ἰουλιῆται* vero et *Καρθαιῆς* atque *Ποιήσσιοι* non memorantur, in eo autem titulo, quo foedus quoddam continetur Atheniensium cum Cei civitatibus mercaturae causa initum, Carthaea Coresus et Julis civitates sunt sui iuris (cf. *Boeckh.* l. c. p. 700. 354.). Rhodii communi quidem nomine dicuntur in hac inscriptione, unde apparet illos eo tempore iam in unam coaluisse civitatem, in titulis vero, qui ad tributa sociorum pertinent, separatim Ielysii Camirenses Lindii, reliqui (cf. ibid. p. 724.). — Qui in hoc titulo v. 27. *Σικινῖται,* illis in tabulis *Σικινῆται* dicuntur (cf. ib. p. 728.); utramque formam praebent libri Stephani Byzantii. — V. 66. supplementum Graecorum editorum *Παλλ[ηνῆ]ς* cur mihi displiceret, dixi p. 14; nunc malo reponere: *Παλ[αιῆ]ς*, cum Α credibile sit esse, quod *Λ* visum sit editoribus; Cephalleniae enim urbs *Παλῆς* Polybio certe (5, 3, 4. 5, 5, 1. 5, 16, 6. al.) *Παλαιῆς* dicitur. Cephallenas autem Olymp. 81, 1. Tolmidas primum ad foedus Atheniensium adscivit (*Diodor.* 11, 84), quos quod Thucydides (2, 30) anno demum Olymp. 87, 2. ad societatem ab Atheniensibus perductos esse scribit, sic explicandum videtur, ut Cephalleniam post Olymp. 81, 1 et ante Ol. 87, 2 ab Atheniensibus defecisse statuamus. Erant autem illi tum socii Atheniensium *αὐτόνομοι*, quem locum etiam in Siciliensi bello tenebant, neque parebant Atheniensibus nisi inviti et metu coacti, ut insulani, quod penes Athenienses maris imperium esset (*Thuc.* 7, 57.). Imperator Hadrianus Cephalleniam donavit Atheniensibus (*Dio Cass.* 59, 15.), una excepta Palensium urbe, unde fit, ut in quodam titulo (C. I. Gr. no 340.) ἡ πόλις *Παλέων τῆς Κεφαλληνίας ἐλευθέρα καὶ αὐτόνομος* dicatur. —

P. 14. *Διῆς* Euboeae in titulis, qui ad tributa sociorum pertinent, dicuntur *Διῆς ἀπὸ Κηναίου*; cf. *Boeckh.* Oec. civ. Ath. 2, 682.; de illorum accolis *Ἀθηνίταις* cf. ibid. p. 666. —

P. 15. *Δικαιοπολίτας . . . τριων ἀποίκους* esse *Ἐρετριῶν ἀποίκους* apparet ex iis, quae *Boeckhius* tradit ibid. p. 682. sq. — P. 16 in v. 21. De Elaeusiis Chersonesi

Thraciae vid. ib. p. 684. — Ibid. in v. 28. Neapolis nomine in titulis, qui ad tributa sociorum pertinent, tres urbes dici *Boeckhius* (ib. p. 710.) docuit; earum primam esse 1) *Νεάπολιν ἀπ' Ἀθηνῶν* sive *παρὰ Χεῤῥόνησον*, ignobile quoddam oppidum in vicinia Chersonesi neque vero in ipsa Chersoneso situm; dein 2) *N. παρ' Ἀντισάραν* s. *ἐν Θρᾴκῃ* quae inter Amphipolin et Abdera interiacuerit; denique 3) *N. ἐκ Παλλήνης* s. *Μενδαίων ἀποίκους*. —

P. 18. De Nicomacho minus recte scripsi; nam etsi neque ipse annus, quo *νόμων ἀναγραφεὺς* sit factus neque tempus quattuor vel sex annorum, per quod eo munere fuerit, accurate definiri potest, attamen cum iam ab Aristophane in Ranis (v. 1507) exagitetur, quae fabula Olymp. 93, 3 scenae commissa est, probabile est eum et ante institutum XXX virorum dominatum eam curationem habuisse et eandem post illum sublatum iterum suscepisse; cf. *Bergk.* in *Andocid.* ed. Schiller p. 141. sqq. —

P. 20. no. 4. v. 9. scribe: [ῆ]ν. — P. 21 no. 5. v. 13 intercidit in nonnullis exemplis nota numeralis ꟼ. — P. 22. no. 7. v. 6. scribe: *τούτων*. — ibid. no. 8. v. 7. scribe: *φιλοτι[μίας*. —

P. 24. v. 8. a fin.: Notabilem dixi demotici variationem, quod eodem in titulo modo extet *Κολων* i. e. *Κολων[εύς* vel *Κολων[ῆθεν*, modo *ἐκ Κολ[ωνοῦ*; nunc cum constare videatur eo nomine duos saltem pagos fuisse, unum Aegeidis, alterum Antiochidis, transpositum postea alterum in Ptolemaidem, in Leontida alterum, nisi tres simul fuisse statuas Aegeidis Antiochidisque et Leontidis (cf. *Ross.* „die Demen“ p. 10.), *Boeckhius* (l. c. 2, 303.) videndum dicit, distribuendane sint varia illa demotica inter varios pagos, qui eodem nomine fuerint. Quae cum mihi probetur coniectura, *Κολωνεῖς* crediderim ad paganos Coloni Antiochidis, *ἐκ Κολωνοῦ* autem et *Κολωνῆθεν* ad eos qui Colono Aegeidis ascripti fuerint, referenda, denique hunc ipsum pagum postea ex Aegeide in Ptolemaidem transpositum esse. —

P. 26. no. 12. v. 2. pro:] scrib.: [. — P. 27. v. 14. pro *ἀπονεμούσας* scribe: *ἀπονέμουσα σ*. — P. 33. l. 20. pro *dicerentur* scrib.: *dicantur*. —

P. 39. sq. De *ἀπαρχαῖς* copiose et luculenter disseruit *Boeckhius* Oec. Civ. Athen. 2, 622. sqq. Is igitur in Thucydidis loco, qui a me est commemoratus (6, 20), pro *ἀπαρχὴ ἐςφέρεται* probat scripturam nonnullorum librorum *Συρακοσίοις δὲ καὶ ἀπὸ βαρβάρων τινῶν ἀπ' ἀ ρ χ ῆ ς φ έ ρ ε τ α ι*, ut ex praecedentibus repetatur *τὰ χρήματα*, quod autem gravius est, cum in quodam titulo eorum, qui ad Atticorum sociorum tributa pertinent, extet *Αἵδε τῶν πόλεων αὐτε[θε]λ[εὶ] τ ὴ ν ἀ π α ρ χ ὴ ν*

ἀπήγαγον Μεθωναῖοι κτλ., acutissime coniicit quae illis in titulis adscriptae sint civitatum nominibus pecuniarum summae — sunt autem eae maximam partem minimae — iis non ipsa tributa, sed *ἀπαρχὰς* tantum sive primitias tributorum contineri, eo autem nomine Minervae oblatas esse decimas menstruae pensionis tributorum. Id si verum est, quod saltem negari nequit perquam probabile esse, certe tributorum *ἀπαρχαὶ* illae nullo modo ad eas pertinent *ἀπαρχάς*, de quibus nos quidem egimus.

Kalend. Decembrib. MDCCCLI.

Cum superiora typis essent exarata, peropportune tabellarii mihi reddiderunt litteras humanitatis plenas, ab clarissimo viro Rangabéo, ad quem meum de primo titulo commentariolum miseram, exeunte Decembri mense Athenis ad me perscriptas, simulque plagulas sextam et septimam alterius voluminis „Antiquitatum Graecarum" (Antiquités Helleniques), quod nunc ipsum editurus est vir de his litteris egregie meritus merensque. Insunt illis in plagulis praeter alia, quae ad hunc libellum minus pertinent, tum primus huius sylloges titulus, tum alius qui cum eo arctiore quadam necessitudine continetur. Nos igitur quae in illo raptim legentibus nobis notabilia videantur, excerpemus breviter, dein alterum pace doctissimi editoris sed litteris tantum minusculis repetemus.

Itaque in illo Rangabéus v. 6. coniecit: *οἰκ]ίας ἔγκτησιν*, v. **13.** sq.: *τῶν πόλεων [οὐ ποιησαμένων] τὴν συμμαχίαν πρὸς Ἀθηναίους [δόξωσ]ι οὖσαι Ἀθήνησι ἀνεπιτήδει[οι, τ]ὴμ βουλὴν*, in quo nec assequor quorsum pertineat *Ἀθήνησι*, et sententia flagitare videtur *ὅσαι δὲ τῶν πόλεων τῶν ποιησ.* — V. **41.** Rangabéus: *ὅ[ταν] Ἀθηναῖοι καὶ οἱ σύμμαχοι κρατῶσι. [ᾧ ἂν] δὲ θανάτου τιμηθῇ*, simulque in adnotatione subiecta *οὗ[περ] Ἀ. — κρατοῦσι* propterea ab se respui scribit, quod contineat „*une amplification pretentieuse pour une epoque, où le plus fort d'entre eux ne dominait que chez lui*," id quod viro humanissimo neutiquam concesserim, cum unicuique civitati etiam intra arctissimos fines circumscriptae aliquod certe imperium sit. — V. **63.** *Ποιησσίους* Cei insulae videri esse concedit, sed cum Rhodiorum nomen in proxima extet vicinia, a Plinio (**5, 31.**) autem tradatur Rhodo insulae antiquitus etiam Poeessae nomen fuisse, acute coniicit eo nomine Rhodi quendam locum esse dictum

eumque hic significari. — V. **70**. lapidem refert inter *ΠΑΡ* et *ΟΙΟ* ita fractum esse, ut litterae *Ι* spatium non videatur suppetere; quare coniecit *Διῆς παρ' Οἰο* . . .; sin autem *Πάριοι* verum sit, ultimum *Ο* vel lapicidae erranti deberi, vel initium continere nominis alius civitatis. — V. **71**. *Π* fortasse esse *Ἀθηνῖται π[αρὰ Δίῳ*. — In parte vero sinistra v. **1**. in *Απο* latere *Ἀπο[λλωνῖται*, denique v. **32**. coniicit *ν[ησί]ῳ*, sed aliter locum explicat atque ego.

Alter titulus, repertus ille a. trigesimo octavo huius seculi ab Parthenone Aquilonem versus et ab Rangebéo n. **381**. notatus hic est:

Φ]ιλοκλῆς Ὤ[αθεν ἐγραμμάτευε.
ἐπ]ὶ Ἱπποδάμα[ντος ἄρχοντος ἐπὶ τῆς . . . . . δ-
ευτ]έρας πρυταν[είας, ᾗ Φιλοκλῆς . . . . . Ὤαθε-
ν ἐ]γραμμάτευε, ἔδοξ[ε τῇ βουλῇ, ὁ δεῖνα τοῦ
δεῖνο]ς εἶπε. περὶ ὧν λέ[γουσιν οἱ πρέσβεις οἱ ἥκοντες παρ-
ὰ] τῶν Κερκυραίων καὶ [τῶν Ἀκαρνάνων καὶ τῶν Κεφαλ-
λήνων, ἐπαινέσαι μὲν [τὰς πόλεις Κερκυραίων τε κα-
ὶ Ἀκαρνάνων καὶ Κεφαλ[λήνων, ὅτι εὖνοι καὶ πρόθυμ-
οι περὶ τὸν δῆμον τὸν [Ἀθηναίων διατελοῦσιν οὖσαι κ-
αὶ νῦν καὶ ἐν τῷ πρόσ[θεν χρόνῳ, φάσκουσαι πάντα (?)
ὧν δέονται, προςαγαγέ[σθαι (?) *τοῖς Ἀθηναίοις, γνώμη-*
ν δὲ ξυμβάλλεσθαι τῆς [βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῇ βουλῇ
κα]ὶ ἀναγράψαι τῶν πόλεων τ[ούτων τὰ ὀνόματα ἐς
τὴν στήλην τὴν κοινὴν τῶ[ν ξυμμάχων τὸν γραμματέ-
α τῆς βουλῆς, καὶ ἀποδοῦνα[ι τὰ ξένια τὰ νομιζόμενα ταῖς πρεσβείαις
ταῖς ἡκούσαις, τὴν βουλὴν [δὲ τούς
τ' ἱππέας καὶ τοὺς συμμ[άχους
πραχθέντων δὲ τούτ[ων . . . . ὅ-
τι ἂ]ν δόξῃ τῷ κοινῷ [τῶν συμμάχων
ὀμ]ουμ[έ]νους τοὺς ὅρκους.

Editoris supplementa retinui pleraque omnia, etiam ea quae scrupulum mihi iniecerunt, ut vv. **11**. et **12**., nisi quod v. **8**. *εὖνοι* scripsi, ubi Rangabéus habet *εὔνους*, v. **12**. addidi quod ille omittit *εἰς τὸν δῆμον*, v. **12**. supplevi *κα]ὶ*, v. **15**. conieci *τὰ ξένια τὰ νομιζόμενα*, ubi R. habet *ἐφόδια*, denique v. **20**. scripsi *ὀμ]ουμ[έ]νους*, ubi R. praebet . . . . *ὀμ[ε]νος*.

Cum Hippodamas praetura functus sit Olymp. **101**, **2**., duodecimo autem die Scirophorionis a. Olymp. **101**, **1**. Timotheus Lacedaemonios eorumque praetorem Nicolochum ad Alyziam s. ad Leucada vicerit et brevi post Corcyram subegerit, apparet iam hoc ex titulo sive ex senatus consulto, quem continet, duobus fere mensibus post illud proelium (nam inter Olymp. **101**, **1**. Scirophor. XII. et Olymp. **101**, **2**. prytaniam secundam duo tantum menses et quod excurrit interfuerunt) legatos ab Corcyraeis Cephallenibusque et Acarnanibus missos Athenas venisse et illarum civitatum nomina columnae addita esse, quae titulum primum huius sylloges complectatur. Hinc probabile fit, in huius ipsius parte sinistra inter v. **7**. et **8**. intercidisse nomen *Κερκυραῖοι*.

D. Halis Nonis Ianuariis MDCCCLII.

Cum eximia humanitate collegae coniunctissimi LVDOVICI ROSSII ad nos pervenerit exemplum inscriptionum nuperrime Athenis editarum, placuit nobis hac oblata scribendi opportunitate sic uti, ut academicis commentationibus illos titulos et ubi liceret nobis, integriores ederemus et, ubi opus esse videretur, adnotationibus illustraremus. Sed ab initio ordiendum est. Etenim Athenis ante hos duos annos in aula privatae domus, quae nunc in bonis est honestae mulieris Ludovicae Psomae, ad quam ex hereditate paterna venerat, iacet autem ab arce septentrionem versus, exadversum ecclesiae Christi, infra rudera *τῆς Ὑπαπαντῆς*, in medio fere spatio inter antrum Panis et aedificium quoddam, quod nunc nonnulli gymnasium Ptolemaei nuncupant, in fundamentis effodiendis inventi sunt inter reliquias veteris aedificii lapides vel fragmenta potius lapidum inscriptiones ferentium numero XXXII., aut, ut ex aliis accepimus, XL. Illa tum curante viro clarissimo Pittaci, antiquitatibus conservandis apud Athenienses praefecto (*τῷ ἐπὶ τῶν ἀρχαιοτήτων γενικῷ ἐφόρῳ*) in museo, quod in stoa sive gymnasio Hadriani est, reposita, reliquiae autem aedificii denuo obrutae sunt. Pittacis et alii socii societatis archaeologicae, quae Athenis floret, ab illo ea de re certiores facti, cum ex situ loci et repertis titulis coniecissent sub fundamentis illarum aedium alias inscriptiones bene multas et ipsius fortasse Atticae curiae ruinas latere, nihil magis optabant, quam ut ipsis denuo ibidem eruere liceret. Quod optaverant, cum hoc demum anno a. d. IX. April. impetrarent, reperti sunt, praeter architectonicae et sculpturae reliquias, LXXX lapides partim hymettii partim pentelici inscriptionibus insigniti, quae ab Euclide praetore ultra Augusti tempora pertinere dicuntur. Dolendum est et doletur Athenis effodiendo neque architectum neque statuariae artis peritum esse adhibitum, quibus admissis fortasse paullo diligentior perscriptus esset earum rerum, quae inventae sunt, commentarius. — Utrosque titulos, et qui ante biennium, et qui hoc anno inventi sunt, archaeologica illa societas edi iussit et editionis curam triumviris clarissimis mandavit Pittaci et Charami atque Eustratiadi. Illi Kalendis Iuniis huius anni in lucem exire iusserunt primum fasciculum, cui inscriptum est: „*Ἐπιγραφαὶ ἀνέκδοτοι ἀνακαλυφθεῖσαι καὶ ἐκδοθεῖσαι ὑπὸ τοῦ ἀρχαιολογικοῦ συλλόγου. φυλλάδιον πρῶτον. Ἐπιγραφαὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ τῆς Λουίζης Ψωμᾶ ἀνακαλυφθεῖσαι. Ἀθήνησιν.* 1851.“ Nullus titulorum plane integer est, immo omnes plus minusve manci; disiecta membra editores ita, ut ipsis cohaerere videbantur, coniunxerunt, in quo quidem periculo ne sibi quidem ipsi satis fecerunt, magna spe autem tenentur fore ut domo illa, id quod in propositis est, per archaeologicam societatem empta et denuo effossa inveniantur, quibus si minus omnes, certe plurimi titulorum ad integritatem revocentur. Formas tum fragmentorum lapidum tum, quan-

tum eius fieri posset, litterarum religiose fideliterque et descripsisse se et lapidibus (*λιϑογραφίαις*) exprimendas curasse Graeci editores affirmant; sed in quibusdam epistolis, quae Athenis huc missae sunt, de ea religione dubitatur; omnium enim titulorum litteras easdem exhiberi ab editoribus, cum re quidem vera ex aetatum ratione sint diversae. Illud crimen verumne an falsum sit, penes eos iudicium est, quibus contingit, ut lapides in museo ipsi adspiciant; nobis autem propterea non necesse visum est lithographias ipsas omnes describendas curare. Supplementis graeci editores duos tantum titulos instruxerunt, quos numeris I. et II. notarunt; reliquos ne minusculis quidem litteris descripserunt. Verum primo loco publica decreta posuerunt, secundo varios catalogos, tertio titulos honorarios et donariorum. Nos numerum Graecorum editorum retinebimus ideoque initium etiam ipsi facimus ab eo titulo, quem illi et recte quidem statim in principio collocarunt; adeo est *ὄμμα τηλαυγὲς* totius collectionis. Consarcinatus est autem ex fragmentis XI. eique praemissa praescriptio archontis, composita etiam ipsa ex frustis lapidum duobus. Quantum inter praescriptionem et reliquum titulum interciderit, editores non audent definire, sed credunt non multum esse. Lapis ipse est *στοιχηδὸν* scriptus, nisi quod versu quinquagesimo ea neglegitur scriptura. Litterae ab versu undesexagesimo duplo sunt maiores, ab v. septuagesimo tertio iterum minores fiunt etiam iis, quae ad v. usque 58. extant, neque constat cohaereatne quod vv. 73. sqq. continetur initium decreti cum superiore plebisscito, an minus. Quae autem in sinistra lapidis parte inest scriptura, variae est magnitudinis variique ordinis, utpote quae variis temporibus accessisse videatur. Denique lapidis latitudo paulatim ab superiore ad inferiorem partem crescit.

Atque hac fere Graeci editores, quibus pauca habemus, quae addamus. Versus ipsius decreti pari sunt latitudine, singuli XXXI. litterarum, praeter v. 50., qui est XXVII. litterarum; hinc nondum nobis satisfaciunt supplementa versus trigesimi quarti, quibus ille fit XXX. litterarum. Praescriptio num recte praemissa sit titulo et cum eo cohaereat, possis propterea dubitare, quod et tres eius versus litteris sunt maioribus et primus quidem versus multo maioribus scripti quam versus decreti, et in versu altero et tertio praescriptionis inter singula vocabula ternis distinguitur punctis, qua distinctione reliqui versus carent. Verum interpunctionis quo rarior illa aetate usus, eo minus offendere potest inconstantia. Cf. *Franz.* El. Epigraph. Graec. p. 58. 98. sq. 101. 106. Illud certum est,praetore Nausinico decretum esse factum, quippe quo caveatur ne quis Atheniensium post eum praetorem fundos apud socios acquirat; namque si praetore illo esset posterius, effectu iussum esset esse in antecedens tempus, id quod fieri nequit. Alia quaedam inconstantia orthographiae in eo versatur, quod tum in vv. 31. et 52. extat *OY*, cum in reliquis versibus *OY* significetur littera *O*, tum quod in v. 19. sinistri lateris est *Καρϑαιὲς* pro *Καρϑαιῆς*. Insoliti quiddam habet *μηϑένι* vv. 18. et 22. in titulo *Attico* aetatis Aristotele prioris; cf. *Franz.* l. c. p. 151. En igitur titulum eo, quem Graeci editores secuti sunt, ordine.

Ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντος.
Καλλίβιος Κηφισοφῶντος
3 *Παιανιεὺς ἐγραμμάτευεν*

ἀπὸ [Θράκης.
ω
Αἴνιοι. *γ*
τε
Σαμοϑρᾷκ[ες. *υπ*
Δικαιοπολῖται. 5 *δετ*
οικ *[ποιησ*

αμέν[ους τὴν συμμαχίαν
τοὺς συ [ἐγκ
τήματα οι
δ]ημόσια Ἀθ[ηναίων ἔστω καὶ τῶν ποιησα-
μένων τὴν σ[υμμαχίαν
π]ίστιν δοῦναι χα
τῶν πόλεων [τῶν ποησαμένων] τὴν συμμαχ-
ίαν πρὸς Ἀθην[αίους ἰοῦσαι Ἀθήνησ
ι ἀνεπιτηδεί[ως, τ]ὴμ βουλὴν τὴν ἀεὶ βουλε-
ύουσαν κυρίαν ε[ἶν]αι καθαιρεῖν. ἀπὸ δε Ν-
αυσινίκου ἄρχο[ντ]ος μὴ ἐξεῖναι μήτε ἰδ-
ίᾳ μήτε δημοσ[ί]ᾳ Ἀθηναίων μηθένι ἐγ-
κτήσασθαι ἐν τ[α]ῖς τῶν συμμάχων χώραι-
ς μήτε οἰκίαν μήτε χωρίον μήτε πριαμέ-
νῳ μήτε ὑποθεμένῳ μήτε ἄλλῳ τρόπω-
ι μηθένι. ἐὰν δέ [τ]ις ὤνηται ἢ κτᾶται ἢ τί-
θηται τρόπῳ ὁτῳοῦν, ἐξεῖναι τῷ βουλο-
μένῳ τῶν συμμάχων φῆναι πρὸς τοὺς συν-
έδρους τῶν συμμάχων. οἱ δὲ σύνεδροι ἀπο-
ομονοιαποδο
δόντων τὸ μὲν ἥ] μυσυ τῷ φήναντι, τὸ δὲ ἄ-
λλο κοινὸν ἔστω] τῶν συ[μμ]άχων. ἐὰν δέ τι-
ς [ἴῃ] ἐπὶ πολέμῳ [ἐπ]ὶ τ[οὺς] ποιησαμένους
τὴν συμμαχίαν ἢ κατὰ γ[ῆ]ν ἢ κατὰ θάλαττ-
αν, βοηθεῖν Ἀθηναίους καὶ τοὺς συμμάχους
τούτοις καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλαττα-
ν πάντι σθένει κατὰ τὸ δυνατόν. ἐὰν δέ τ-
ις εἴπῃ ἢ ἐπιψηφίσῃ ἢ ἄρχων ἢ ἰδιώτη-
ς π[α]ρὰ τόδε τὸ ψήφισμα, ὡς λύειν τ[ι ἐκ] τ-
ῶν ἐν τῷδε τῷ ψηφίσματι εἰρημέν[ων, ὑ-
παρχέτω μ[ὲν] αὐτῷ ἀτίμῳ εἶναι καὶ [τὰ
χρ]ήμα[τα αὐτ]οῦ δημόσια ἔστω καὶ τῆς [θεοῦ
τ]ὸ ἐπιδ[έκα]τον. καὶ κρινέσθω ἐν Ἀθηναί-
ο]ις καὶ τ[οῖ]ς συμμάχοις, ὡς διαλύων τὴ[ν
συμμαχί[αν, ζ]ημιούντων δὲ αὐτὸν θανάτω-
ι ἢ φυγῇ οὗ[περ] Ἀθηναῖοι καὶ οἱ σύμμαχο-
ι κρατοῦσι[ν. ἐὰν] δὲ θανάτου τιμηθῇ, μὴ [τ]α-
φήτω ἐν τῇ[ι Ἀττι]κῇ [μ]ηδὲ ἐν τῇ τῶν συμ-
μάχων. τὸ [δὲ ψήφι]σμα τόδε ὁ γραμματεὺς
ὁ τῆς βουλῆ[ς ἀναγρ]αψάτω ἐν στήλῃ λιθί-
νῃ καὶ καταθέ[τω] παρὰ τὸν Δία τὸν Ἐλευ-
θέριον. τὸ δὲ ἀρ[γύ]ριον δοῦναι εἰς τὴν ἀν-
αγραφὴν τῆς στ[ήλ]ης ἑξήκοντα δραχμὰς
ἐκ τῶν δέκα τα[λάν]των τοὺς ταμίας τῆς θε-
οῦ. εἰς δὲ τὴν στή[λη]ν ταύτην ἀναγρα-
φειν τῶν τε οὐσ[ῶν] πόλεων συμμαχίδων τ-

Ἀκαρνᾶνες.
Κεφαλλήνων
Πρωννοί.
Ἀλκέτας.
Νεοπτόλεμος.
Ἄνδριοι.
Τ]ήνιοι.
Ἑσ]τιαιῆς.
Μυκόνιοι.
Ἀντισσαῖοι.
Ἐρέσιοι.
Ἀστραιοισιοι. (?)
Κείων
Ἰουλιῆται.
Καρθαιῆς.
Κορήσιοι.
Ἐλαιούσιοι.
Ἀμόργιοι.
Σηλυμβριανο[ί.
Σίφνιοι.
Σικινῖται.
Διῆς
ἀπὸ Θρᾴκης.
Νεοπολῖται.

Ζακυ[νθίων
ὁ δῆμο[ς
ὁ ἐν τῷ ν[αυστάθμ-
ῳ

ὰ ὀνόματα καὶ [ἥ] τις ἂν ἄλλη σύμμαχος γί-
γνηται, ταῦτα [μ]ὲν ἀναγράψαι. ἑλέσθαι δ-
ὲ τὸν δῆμον πρέσβεις τρεῖς αὐτίκα μάλ-
α εἰς Θήβας, [ο]ἵτινες πείσουσι Θηβαίους ὅ-
τι ἂν φαίνη]ται ἀγαθόν. Οἵδε ᾑρέθησαν:
Λακρατείδ]ης Μαραθώνιος. Πύῤῥανδρος
Ἀναφλύστ]ιος. Θρασύβουλος Κολλυτεύς.
Εἰσὶν Ἀθηναίω]ν πόλεις αἵδε σύμμαχο[ι:
Τεν]έδιοι. Θηβαῖοι.
αῖοι. Χαλκιδῆς.
ιαῖοι. Ἐρετριῆς.
Ῥόδιοι. Ποιήσσιοι. Ἀρεθούσιοι.
Βυζάντιοι. [Κ]αρύστιοι.
Περίνθιοι. Ἴκιοι.
Πεπαρήθιοι. Παλλ[ηνῆ
ς. Σκιάθιοι.
Μαρωνῖται.
Διῆς.
Πάριοι. Ὁ
Ἀθην[ῖ]ται. Π.
Ἀριστοτέλης εἶπε
λαν πρῶτος |
ἑκόντες π, [ἐψη-
φισμένα τ
νήσων εἰς
τοῖς τῶν

Supplementa Graecis editoribus debentur, nisi quod illi v. 8.: *τοὺς συ[μμάχους*, ubi nos, cum possit etiam *συ[νέδρους* coniici, supplemento abstinuimus. v. 9. illi *κ[τήματα*, nos *ἐγκ]τήματα*. v 6. 7. 10. 12. 13. supplementa nostra sunt. v. 13. *τὴν* extare, ubi Graeci editores *λιην* repperisse sibi visi sint, testatur *Rangabius* v. cl. litteris ad *Boeckhium* datis, ut ex huius epistola intellegimus, quae ad nos nunc ipsum pervenit, cum specimina typothetarum corrigeremus. v. 14. legimus *ἰοῦσαι*, sed fieri etiam potest, ut lateat: *ι ὅσαι*. — Pro minutioribus litteris, quas inter vv. 25. et 26. illi interposuerunt, *ομονοιαποδο*, *Rangab.* solum affert: *ʼΝΤΟΝ*. — v. 26. *ἥμυσυ* pro *ἥμισυ* error videtur lapicidae esse, quamquam in titulo Thessalico ap. *Ussing.* Inscr. Gr. ined. no. 4, b. vv. 6. et 37., ubi idem reperitur, Ussingus id ex dialecti ratione repetit. — v. 27. Graeci editores suppleverunt: *τὸ δὲ ἄ[λλο εἰς τὸν θεὸν] τῶν συμμάχων*, quod nihili est; *κοινὸν ἔστω* nunc accipimus etiam lapide confirmari. — v. 37. Graeci edit: *κτ]ήματα*, quod usui sermonis repugnat; cf. ut his utar, *Andoc.* de myst. p. 36. §. 76. *ἄτιμοι ἦσαν τὰ σώματα, τὰ δὲ χρήματα εἶχον*. *Lys.* de Alcib. 523. §. 9. *ἐβουλήθη καὶ ἄτιμος εἶναι καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ δημευθῆναι*. *Id.* de bon. Aristoph. 634. §. 31. *ὅσων ἐδημεύσατε χρήματα*. Inter *Lysiae* deperditas orationes erat etiam cui inscriptum: *κατ᾽ Αἰσχίνου περὶ τῆς δημεύσεως τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων*. *Xenoph.* h. Gr. I, 7, 21. coll. *Andocid.* myst. §. 97. *τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ δημευθῆναι καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον εἶναι*. In eadem re dicitur: *ἡ οὐσία*. — v. 41. Graeci editores: *ὅ[που] Ἀθηναῖοι*, verum sic versus fit undetriginta litterarum; *οὗ [οἱ]* non magis admittitur quam *ὅ[που οἱ]*, quod illis supple-

mentis versus vel XXX. tantum vel XXXII. litterarum fieret; quod nos dedimus *οὖ[περ] Ἀθηναῖοι*, convenit et litterarum numero et usui sermonis; nam articulus similiter omittitur v. 39. *ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς συμμάχοις*; cf. vv. 14. 30. 55.

v. 42. Graeci editores: *κρατοῦσι [ὃς ἂν] δὲ θανάτου τιμηθῇ*, quod nihili est; debebat saltem proponi, id quod versus latitudo non patitur, *κρατοῦσι[ν, ᾧ ἂν]*; nam ut dicitur *τιμῆσαί* et *τιμήσασθαί τινι δέκα ταλάντων, θανάτου, δεσμοῦ*, ita passivo dicendum est *ἐτιμήθη αὐτῷ θανάτου* et sic *Demosth.* c. Aristogit. I. §. 42. p. 783. *πέντε ἐτῶν ἐτιμήθη μὴ λέγειν αὐτῷ.* Quod nos dedimus, confirmatur exemplis his: *Demosth.* c. Mid. §. 47. p. 529. *ἐὰν δὲ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως. Id.* c. Timocr. p. 721. §. 61. 733. §. 105. *ἐὰν δ' ἀργυρίου τιμηθῇ.* p. 732, 19. §. 103. *ἐάν τις ἁλῷ κλοπῆς καὶ μὴ τιμηθῇ θανάτου.* —

v. 56. *ης Μαραθώνιος.* Interciderunt novem litterae; potest igitur suppleri *Ἀριστοτέλ]ης, Δρακοντίδ]ης, Ἐξηκεστίδ]ης, Ἀνδροσθέν]ης* vel aliud simile; sed expectes nomen clari cuiusdam temporibus illis viri, Marathonii pago, quod in *ης* exeat; id nobis non succurrit. Praestiterunt enim tum Athenis eloquentia Cephalus Colyttensis, qui rogationem pro Thebanis fecit Ol. 100, 2., Aristophon Azeniensis, Leodamas, Callistratus, Melanopus, Diophantus; sed eorum nullus huc quadrat. Interim reposuimus: *Λακρατείδ]ης*, quod certe et numero litterarum respondet et *Λακρατείδη[ς Μα]ραθώνιος* est in hac Sylloge no. 41. Vixit autem temporibus illis *Λακρατίδης ἱεροφάντης* (cf. *Isaeus* de Apollod. hered. §. 9.) — Feliciores fuimus ni secundo nomine restituendo: *Πύῤῥανδρος [Ἀναφλύστ]ιος*; nam Pyrrhandrum Anaphlystium legatum Thebas esse missum *Aeschines* c. Ctesiph. p. 531. §. 138. testatur: *πολλὰς μὲν πρότερον πρεσβείας ἐπρέσβευσαν εἰς Θήβας οἱ μάλιστα οἰκείως ἐκείνοις διακείμενοι, πρῶτος μὲν Θρασύβουλος ὁ Κολλυτεὺς ἀνὴρ ἐν Θήβαις πιστευθεὶς ὡς οὐδεὶς ἕτερος — Πύῤῥανδρος ὁ Ἀναφλύστιος, ὃς ἔτι καὶ νῦν ζῇ.* Novissima verba significant hominem grandem tum natu fuisse; atque sane qui erat Ol. 100, 3. legatione perfunctus, Ol. 112, 3. quo anno Aeschinis habita est oratio c. Ctesiphontem, necesse est saltem octogenarius fere fuerit. Qui illi collega erat in legatione additus, Thrasybulus Collytensis, is imperator quidem incautior fuit, ut de octo navibus, quibus praeerat, plerasque Antalcidas (*Xenoph.* h. gr. 5, 1, 26.) caperet, plus autem dicendi arte valuisse videtur; nam sine dubio hic est, de quo *Demosth.* de cor. 301. §. 219. *γεγόνασι ῥήτορες ἔνδοξοι καὶ μεγάλοι πρὸ ἐμοῦ Καλλίστρατος ἐκεῖνος, Ἀριστοφῶν, Κέφαλος, Θρασύβουλος κ. τ. λ.* hic est, qui in *δοκιμασίαις* et Leodamantem non obscurum aetatis eius oratorem accusavit, et Euandrum quendam defendit (*Lys.* c. Euandr. 26. p. 797. §. 13. *Θρασύβουλος αἴτιος γεγένηται Λεωδάμαντά τε ἀποδοκιμασθῆναι καὶ τοῦτον δοκιμασθῆναι, τοῦ μὲν κατήγορος γενόμενος, ὑπὲρ τούτου δὲ ἀπολογήσασθαι παρασκευασάμενος*). Illa fortasse in opportunitate iecerit ille in Leodamantem, quod tradit *Aristoteles* Rhet. 2, 23. *Λεωδάμας ἀπολογούμενος ἔλεγε, κατηγορήσαντος Θρασυβούλου, ὅτι ἦν στηλίτης γεγονὼς ἐν τῇ ἀκροπόλει, ἀλλ' ἐκκόψαι ἐπὶ τῶν τριάκοντα κτλ.* Etenim aequalem eius Thrasybulum illum Stiriensem, qui Athenas XXX tyrannis liberavit, etiam in dicendo aliquid praestitisse nemo quod sciamus est qui memoriae mandet. Quibus ille rebus meruerit ut bis apud populum accusaretur et carcere teneretur (*Demosth.* c. Timocr. p. 742. §. 134. *Θρασύβουλον τὸν Κολλυτέα πάντες μέμνησθε δὶς δεθέντα καὶ κριθέντα ἀμφοτέρας τὰς κρίσεις ἐν τῷ δήμῳ· καίτοι τῶν ἐκ Πειραιῶς καὶ ἀπὸ Φυλῆς οὗτος ἦν.*), nobis parum constat. —

v. 59. Sic scripsimus numero litterarum iubente; per quem si licuisset, maluissemus: *εἰσὶ δὲ Ἀθηναίω]ν*, nam apostropho *δ'* in hoc titulo locus non est. Graeci editores omittunt *εἰσίν*, quo versus fit viginti sex litterarum. v. 61. sq. Graeci editores: *Μυτιλην]αῖοι.* et *Μηθυμν]αῖοι*, quorum illud sane probabile est, cum Diodorus auctor sit Mytilenaeos tum

inter primos societati Atheniensium accessisse (*Diod.* 15, 28.); in altero autem *ιαιοι* fortasse longe aliud latet. — v. 73. Graeci edit.: *ἐπειδ]ὰν πρῶτ.*

In sinistro latere v. 1. supplevimus: *ἀπὸ* [*Θρᾴκης* ex v. 27., idque arbitramur pertinere ad versum antecedentem, qui interciderit, ab eo autem valde differt *τὰ ἐπὶ Θρᾴκης*, quo nomine, imprimis apud Thucydidem, Chalcidice saepe significatur; cf. *Poppo* in Thucyd. T. I. P. II. p. 345. sq. — v. 16. In *'Αστραιοίσιοι* quid lateat ignoramus. In novissimis supplevimus: *Ζακυνθίων ὁ δῆμος ὁ ἐν τῷ ν*[*ανστάθμ*]*ῳ*, potest etiam suppleri *ν*[*εωρί*]*ῳ*; vide quae infra ea de re commentabimur.

In praescriptione deesse videntur fere haec: *'Επὶ ἄρχοντος Ναυσινίκου* [*ἐπὶ τῆς* ..... *ίδος πρώτης* (vel *δευτέρας*, *τρίτης* — *δεκάτης*) *πρυτανείας*, *ᾗ*] *Καλλίβιος Κηφισοφῶντος Παιανεὺς ἐγραμμάτευεν*, [*πρώτῃ* (*δευτέρᾳ*, *τρίτῃ* — *πέμπτῃ καὶ τριακοστῇ*) *τῆς πρυτανείας. ἐκκλησία. τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν ὁ δεῖνα καὶ συμπρόεδροι. ὁ δεῖνα εἶπεν. δεδόχθαι* (vel *ἔδοξεν*) *τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. 'Επειδὴ*]. Cf. C. I. no. 85, c. 89. 90. 96. 112 sq. al., quamquam decretorum illius aetatis praescriptionibus omnia illa infuisse minus praestiterimus, quod nullum ex aequalibus decretis integrum ad nos pervenit. Fortasse mensis etiam et diei mensis memoria post *ἐγραμμάτευεν* intercidit. *Κηφισοφῶν Παιανιεὺς* est in C. I. no. 150. ex anno Ol. 95, 3.; in titulo autem navali II., quem Boeckhius in Ol. 105, 4. cadere statuit, versu 87mo est *τριήραρχος Καλλίβιος Π.*, ubi iam non dubitaveris *Π*[*αιανιεὺς* rescribere. Nomen praetoris Nausinici in C. I. Gr. no. 83. latere statuit Boeckhius. Ille praetura functus est anno tertio Olympiadis centesimae, quo anno nova facta est symmoriarum Atticarum descriptio.

De aequissimo foedere, quod Athenienses paullo post receptam Cadmeam cum aliquot Graecis civitatibus fecerunt, et de forma institutisque, quae illi erant societati, perpauca nobis nota sunt, quae uni imprimis Diodoro (15, 28. sqq.) accepta referimus, cum Xenophon parcior sit ea in re enarranda; breviter id, sed diligenter et dilucide exposuit *Boeckhius* (Oecon. Civ. Ath. I, 446. sqq. 547. ed. 2da.), paullo copiosius *Rehdantzius* (Vit. Iphicrat. Chabr. Timoth. p. 54. sqq.), alii — Athenienses igitur postquam Thebanos clam palamque tum in recipienda Cadmea tum Chabria duce adversus Lacedaemonios in obtinenda libertate ita adiuverunt, ut per Chabriam Thebani servati viderentur (*Diodor.* 15, 33.), et illis rebus eorum Graecorum sibi voluntatem conciliaverunt, quos dominatus Laconici pertaesum erat, cum ipsorum animi Sphodriae vano conatu Piraeeo potiundi, quem Lacedaemonii tantum aberat ut punirent, ut vel laudarent, etiam magis in Lacedaemonios exacerbati essent, nobilissimos de civibus suis circa civitates quasdam Lacedaemoniis subiectas legatos miserunt, qui eas ad iugum exuendum adhortarentur. Res non caruit eventu; Chii et Byzantii primi ad Athenienses defecerunt, secuti sunt Rhodii Mytilenaeique et alii quidam insulanorum, magis autem gliscente motu etiam aliae civitates bene multae accesserunt. Athenis commune instituitur omnium sociorum concilium (*κοινὸν τῶν συμμάχων συνέδριον*), quale iam coniurati in Persas Graeci et postea socii Lacedaemoniorum habuerant. Convenit, ut civitates foederatae legatos Athenas mittant, qui eo in concilio deliberent; utque in eo civitates magnae parvaeque singulae singulorum suffragiorum ius habeant; ut omnes suis legibus utantur, Athenienses nihil nisi principatum quendam et imperium belli habeant. Ei societati adiunxerunt se etiam Thebani aequis legibus *ἐπὶ τοῖς ἴσοις πᾶσι*. Cum autem bene intellegeretur ab Atheniensibus antea cleruchiis potissimum mittendis sociorum animos a se abalienatos eorumque invidiam motam esse,

decretum est, ut quae occupatae essent cleruchiae, pristinis dominis redderentur, cautumque, ne cui Atheniensium in posterum liceret extra Atticam agros colere (*Diodor.* ib. 29. *ἐψηφί-σαντο δὲ καὶ τὰς γενομένας κληρουχίας ἀποκαταστῆσαι τοῖς πρότερον κυρίοις γεγονόσι καὶ νόμον ἔθεντο μηδένα τῶν Ἀθηναίων γεωργεῖν ἐκτὸς τῆς Ἀττικῆς.*). Pertinet huc *Isocrat.* Plataic. §. 44. *τῶν μὲν κτημάτων ὑμετέρων αὐτῶν ἀπέστητε βουλόμενοι τὴν συμμαχίαν ὡς μεγίστην ποιῆσαι.* Quaenam fuerint illae pristinae possessiones, quibus tum cesserint Athenienses, quaenam cleruchiae, quas reddiderint prioribus dominis, neque traditur ab quoquam et difficile est coniectura assequi. Verum si respexeris, quibus potissimum ex causis Athenienses Antalcideae paci adversari dicat *Andocides* de pac. p. 96. §. 15. *ἀλλὰ Χεῤῥόνησον καὶ τὰς ἀποικίας καὶ τὰ ἐγκτήματα καὶ τὰ χρέα ἵνα ἀπολάβωμεν;* p. 107. §. 36. *τὰ γὰρ ἴδια τὰ σφέτερ᾽ αὐτῶν ἐκ τῆς ὑπερορίας οὐκ ἀπολαμβάνειν.*, imprimis Chersonesi possessiones conieceris significari. Ea humanitate addit Diodorus Atheniensibus benevolentiam Graecorum recuperatam et imperium sive *ἡγεμονίαν* confirmatam esse, in partes autem Atheniensium multas etiam alias civitates Graecas transiisse, primas vero et maxima animorum propensione Euboicas, una excepta Histiaea, quae, quod ab Lacedaemoniis fuerit beneficiis cumulata et nuper etiam ab Neogenis cuiusdam tyrannide liberata, ab Atheniensibus autem graviter infestata, implacabile in hos odium, stabilem in illos fidem retinuerit. Septuaginta civitates socias Atheniensium et aequa lege concilii illius participes esse factas. Tum ab Atheniensibus armatorum manu in Euboeam traiecta et socios in fide retentos et hostes oppugnatos esse. Chabriam vero cum Atheniensium manu agros Histiaeorum depopulatum, et locum quendam in munito colle situm praesidio imposito occupasse (*Diod.* ib. c. 30.); per eundem Peparethum Sciathum aliasque nonnullas insulas in fidem Atheniensium receptas, per eundem Thebanos ab Lacedaemoniis et Agesilao egregie defensos, denique per eundem praeclara ad Naxum victoria reportata in Thracia Abderitas, qui essent a Triballis obsidione pressi, cum manu valida supervenientem periculo exemptos esse. Illi perempto Timotheum successorem esse datum. Ita fere Diodorus. Tribus autem eximiis illius aetatis imperatoribus Atticis, Chabriae, Timotheo, Iphicrati et claro oratori Callistrato imprimis debetur, quod foedus societasque illa tam late patebant. Eorum Chabrias tum septendecim urbes (*Demosth.* adv. Lept. §. 80. p. 481. *ἑπτακαίδεκα πόλεις εἷλεν*) tum plurimas insularum cepisse atque Atheniensibus tradidisse et ex infestis amicas fecisse (*Id.* p. 480. §. 77. *εἷλε δὲ τῶν νήσων τούτων τὰς πολλὰς καὶ παρέδωκεν ὑμῖν καὶ φιλίας ἐποίησεν ἐχθρῶς ἐχούσας πρότερον*), Timotheus vero rara non minus in sociis et conciliandis et retinendis humanitate usus quam in rebus gerendis felicitate Corcyram, Samum, Sestum, Crithoten in Chersoneso sitam, Potidaeam, Toronen expugnasse (*Isocrat* Antidos. 15. §. 108. sqq.) Chalcidensesque omnes devicisse (*ib.* §. 113.), interfecto vero Chabria classi praefectus Cephalleniae Acarnaniaeque civitatibus, mox etiam Alcetae Molossorum regi, ut Atheniensibus se applicarent, persuasisse dicitur (*Diod.* 15, 36. *Nep.* Timoth. 2. sociosque idem adiungit Epirotas Athamanas Chaonas omnesque eas gentes, quae mare illud adiacent.). De numero autem urbium, quae per illum Atheniensibus comparatae sint, nonnihil secum dissentiunt oratores; nam Isocrates ab illo tum urbes plures quam ab alio ullo imperatore vi captas esse (*ib.* §. 107.), tum *viginti quattuor* urbes in Atheniensium potestatem redactas esse (*ib.* §. 113. *τεττάρων καὶ εἴκοσι πόλεων κυρίους ὑμᾶς ἐποίησεν*), quibuscum conspirat Dinarchus (c. Demosth. p. 11. §. 14. c. Philocl. p. 99. §. 17. *Σάμον λαβόντι καὶ Μεθώνην καὶ Πύδναν καὶ Ποτίδαιαν καὶ πρὸς ταύταις ἑτέρας εἴκοσι πόλεις*), Aeschines autem *septuaginta quinque* civitates foederi et concilio sociorum Atticorum per illum adscriptas esse dicit (de f. l. p. 247. *ἑβδομήκοντα μὲν καὶ πέντε πόλεις συμμαχίδας ἀποβεβληκέναι, ἃς ἐκτήσατο Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ κατέστησεν εἰς τὸ συνέδριον*).

Verum enimvero ut numerum illum nimis auctum arbitremur, Diodorus (15, 30.) suadet, qui omnes quae illud in foedus coierint civitates, numero scribit fuisse *septuaginta* (15, 30.). Callistratus autem Aphidnaeus vir dicendi laude florentissimus docuit Athenienses in sociis tractandis rei acerbitatem verbis certe mitigare et *συντάξεις* sive collationes dicere, quae antea tributa sive *φόρους* dixissent. — De Iphicratis rebus sane pleraeque, veluti bellum cum Thracibus gestum, mora Lacedaemoniorum intercepta, opera prius Artaxerxi Mnemoni Persarum regi adversus Aegyptios, dein Lacedaemoniis post Leuctricam pugnam (Ol. 102, 4.) adversus Thebanos praestita huc non pertinent; sed quae ille successor Timotheo factus in Ionio mari et in Corcyra gessit, ad foedus, de quo agitur, stabiliendum spectabant. —

— Ad id igitur ab Atheniensibus cum Graecis civitatibus initum foedus hic pertinet titulus, quo quae de ea societate hucusque innotuerant partim confirmantur, partim supplentur, partim etiam corriguntur. Neque vero ille aut ipsum foedus continet aut *δόγμα τῶν συνέδρων* sed decretum senatus populique Atheniensium foederis illius caussa factum; nam *ψήφισμα* titulus dicitur vv. 34. 44. Decreti pars quae quidem superest legique potest, primum senatui quingentorum quicumque fuerit potestatem facit aliquid tollendi, quod quale sit, perspici nequit; verum quum praecesserit *ἀνεπιτηδεί*[*ως* vel simile quiddam, coniici licet senatui permitti, si qui sociorum hostilem in Athenienses animum praebuerint, eos de sociorum numero tollere[1]. — Dein 2) interdicitur, ne quis *Atheniensium* post praetorem Nausinicum publice privatimve domos fundosque in terris sociorum neque emendo neque in hypothecam accipiendo neque alio ullo modo *acquirat*. Illud autem interdictum ad solos *cives Atticos* spectat; nam si etiam ad inquilinos spectaret, debebat addi *μήτε Ἀθηναίων μήτε τῶν οἰκούντων Ἀθήνησι*. Neque eo aut prohibentur cives fundos in terris sociorum *possidere*, aut quos possideant, vendere vel alio modo cedere eis iubentur; nam sic dicendum fuisset non *ἐγκτήσασθαι* sed *ἐγκεκτῆσθαι*, uti coniunguntur *ἔχων τε καὶ κεκτημένος* *Sophocl.* Antig. 1277. *Plat.* de rep. II, 283, b. Quod igitur cleruchias quasdam tum prioribus dominis ab Atheniensibus redditas esse scriptores memoriae mandarunt, id non hoc sed alio plebisscito aut certe in deperdita huius parte est rogatum. Iam vero Diodorum intellegimus quod scribit legem perrogatam esse, ne quis Atheniensium agrum *extra Atticam colat* (*μηδένα τῶν Ἀθηναίων γεωργεῖν ἐκτὸς τῆς Ἀττικῆς*) dupliciter errare; neque enim de *γεωργεῖν* sed de *ἐγκτήσασθαι χωρίον* neque de omnibus regionibus extra Atticam sitis sed de regionibus sociorum agitur; hic error fortasse inde est ortus, quod Diodorus in iis, quos secutus est, scriptoribus *ἐν τῇ ὑπερορίᾳ* invenit, eo autem nomine apud Athenienses sociorum imprimis regiones dicuntur. *Xenoph.* Memor. 2, 8, 1. *ἀφηρέθημεν τὰ ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτήματα, ἐν δὲ τῇ Ἀττικῇ μοι οὐδὲν ὁ πατὴρ κατέλιπεν.* *Id.* Symp. 4, 31. *ἐπειδὴ τῶν ὑπερορίων στέρομαι καὶ τὰ ἔγγεια οὐ καρποῦμαι.* *Anab.* 7, 1, 27. *προςόδου οὔσης — ἀπό τε τῶν ἐνδήμων καὶ ἐκ τῆς ὑπερορίας.* Itaque non repugnat huic plebisscito, quod Athenienses Samum per Timotheum expugnatam postea inter *κληρούχους* suos illuc missos diviserunt (de temporibus et expugnationis et Atticae coloniae eo deductae vid. *Rehdantz.* p. 125. sqq.); nam Samii illud in foedus numquam recepti esse videntur. — Quaeres, quid inde in socios commodi redundarit, quod Atheniensibus civibus tum interdicebatur, ne in foederatis civitatibus fundos aut emerent aut hypothecae loco acciperent? Fallimur, aut metuendum illis erat partim, ne ab *ἐγκεκτημένοις* quasi obsessi et in deditione magis quam in fide Atheniensium retinerentur, neve ab iis publice privatimque contumeliose haberentur; partim ne per latifundia Atheniensium paulatim perirent coloni aratoresque sociorum, ut in Italia per latifundia senatorum et equitum Romano-

[1]) Sic *καθελεῖν τὰς πρὸς Ἀλέξανδρόν σφισι γενομένας στήλας* habet *Arrian.* 2, 1, 4. ib. 2.

rum pedetentim honestus ille aratorum liberorum ordo periit. Qui vero Atheniensium pecuniarum suarum partem in terris sociorum occupabant et pecunias sociis mutuas dabant fundis in hypothecam acceptis, non secus atque Romani negotiatores et foeneratores in provinciales egisse videntur et tum foenoris magnitudine tum exactionum acerbitate sensim debitores nudasse. Sed quorsum illud pertinet, quod hoc plebisscitum interdicit μήτε ἰδίᾳ μήτε δημοσίᾳ ἐγκτήσασθαι? Itaque psephisma non solum ad cives Atticos sed ad ipsam etiam civitatem Atticam spectat et ei quoque idem interdicit atque illis. — In secus facientes phasis datur, id quod convenientissimum est usui iudiciorum Atticorum; cf. de lit. Attic. p. 249. sq. ea vero phasi sociis tantum utendi copiam facit psephisma (ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν συμμάχων φῆναι), itaque Atheniensibus non permittit nomen rei deferre, quo ne accusatoris praevaricatione elabatur reus. Iudicium penes concilium sociorum esse iubetur (φῆναι πρὸς τοὺς συνέδρους τῶν συμμάχων); vult autem decretum ei concilio tum non interesse Athenienses; alioquin addidisset, ut infra v. 38.: τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων. Id vero concilium, si recte locum restituimus[1]), fundi, id est pecuniae ex fundi venditione redeuntis dimidiam partem addicat accusatori, dimidiam arcae communi sociorum. Adeo luculenter suum in socios obsequium Athenienses tum prae se ferebant. — 3) Tertio loco cavetur, ut si quis iis, qui hanc societatem inierint, id est uni civitatum foederatarum terra marive arma intulerit, iis Athenienses sociique omnibus copiis terra marique opitulentur; in foedere ipso sine dubio similiter cautum erat, ut Atheniensibus bello petitis socii subvenirent, id quod in Attico plebisscito non erat quod commemoraretur. Foedus igitur erat bello non inferendo sed propulsando factum. —

4) Quarto loco poenae in eos constituuntur, qui in fraudem huius plebissciti et eo quidem consilio, ut aliquid eorum, quae hic cauta sint, tollatur, vel rogationes ad populum tulerint vel populum in suffragium miserint. Id quoque ad solos cives Atticos pertinet; similia sine dubio suos in cives foederatae civitates suis in decretis sanxerint. Eiusmodi rogatores et epistatae primum ἀτιμίᾳ maxima affici iubentur, id est ea qua et omnis persona ἄτιμος fiat et bona publicantur; dein iudicium pati synedrii Atheniensium et sociorum; ab eo autem synedrio vel capite plecti vel exilio eo mulctari, ut solum et Atticum et sociorum vertant; denique capite damnatis sepultura intra Atticam et fines sociorum interdicitur. Ea autem poena cum apud Athenienses sacrilegi (ἱερόσυλοι) tantum et proditores affecti sint, apparet hinc, id quod quasi praetereuntes monemus, quo loco illi iubeantur rogatores et epistatae esse. Poenae vero tam diversae non possunt inter se conciliari, neque iudicii memoria memoriae poenarum interposita explicari, nisi si statuamus ἀτιμίαν quidem et publicationem bonorum iuberi quasi ipso iure reum sequi, de mortis autem exiliive poena certationem apud iudicium esse. Iam vero illud plane singulare, quod de capite et de extremo supplicio civis Attici voluerunt synedrium Atheniensium et sociorum iudicare. —

5) Quinto loco scriba senatus (v. 45. sqq.) (γραμματεὺς τῆς βουλῆς) decretum hoc in columna lapidea describendum eique nomina foederatarum civitatum, tum earum quae iam accesserint societati tum earum quae postea accessurae sint, addenda, columnam autem iuxta statuam Iovis Liberatoris collocandam curare iubetur. Eiusmodi procurationi scriba ille praefici solet in plebisscitis Atticis, quae quidem Olympiade centesima decima quarta antiquiora sunt; e contrario in decretis iis, quae illo tempore sunt recentiora, γραμματεὺς κατὰ πρυτανείαν eam ad curam vocatur, unde probabiliter *Boeckhius* coniecit (Oecon. Civ. Ath. I, 255. sq.)

[1]) Eodem significatu ἀποδοῦναι est ap. *Andocid.* de myst. §. 97. p. 49. τὰ κτήματα τοῦ ἀποθανόντος πάντα ἀποδόμενος ἀποδώσω τὰ ἡμίσεα τῷ ἀποκτείναντι.

frustra obloquente Boeneckio („Forschungen" p. 617.) utrumque eiusdem scribae nomen esse et hoc illius in locum cessisse. Columnae, quae acta senatus et populi Atheniensium continebant, pleraque in arce (ἐν ἀκροπόλει C. I. no. 84. 87. 92. 107. *Curt.* Inscr. Attic. no. 4. al. ἐμ πόλει C. I. no. 76. *Thuc.* 5, 23.; cf. quae scripsimus de vit. Lycurg. p. CXII.), raro alibi collocabantur. Singulare igitur est, quod hic illa columna prope statuam Iovis Liberatoris collocari iubetur. Erat illa statua in Ceramico urbano, eique simulacro Ἐλευθερίου cognomen propterea esse inditum, quod porticum, quae in tergo illius statuae fuerit et ἡ τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς στοά dicta sit, libertini aere collato extruxerint, Hyperides[1]) auctor est; oratorem quidem Didymus grammaticus erroris arcessivit, esse enim cognomen illud inde potius repetendum, quod metu dominatus Persarum Athenienses liberati sint; verum eam ob rem merito Didymus castigatur ab *Hemsterhusio* (in *Aristoph.* Plut. p. 460.), qui illud in Plataeensium quidem Iovem Liberatorem neque vero in Atticum cadere docet. Verum si est coniecturae locus, non modo porticum sed etiam simulacrum ab libertinis extructum coniicimus. Pausanias (I, 3.) statuam illam Iovis Eleutherii post statuas Cononis Timotheique et Euagorae et ante statuam Imperatoris Hadriani commemorat, unde situs illius apparet; porticum autem, quae a tergo fuerit, imagines dicit habere XII. deorum, Thesei, democratiae et populi, neque multum abesse ab altera porticu, quae regia dicatur, quod rex ibi tribunal habeat. Fuerunt, qui ab Liberatore Iove diversum negarent fuisse Iovem Servatorem (*Schol. Aristoph.* Plut. 1176. *Hesych.* vv. Ἐλευθέριος et Σωτήρ); id si verum est, cadit tantum in Σωτῆρα *forensem*, non autem in eum, cuius nobile templum in Piraeeo erat. —

Quod ad sumptus in describendum in lapide decretum impendendos, quaestores Minervae sexaginta drachmas pendere iubentur. Similiter in decreto, quod est Stratoni scriptum et a Boeckhio in Ol. 101—103. refertur, C. I. Gr. no. 87. ἐς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλης δοῦναι τοὺς ταμίας τριάκοντα δραχμὰς ἐκ τῶν δέκα ταλάντων. Neque enim dubitaveris illic quoque τοὺς ταμίας τῆς θεοῦ significari. Alias idem munus aut quaestori populi aut apodectis aut τῷ vel τοῖς ἐπὶ τῇ διοικήσει committitur; cf. quae scripsimus Vit. Lycurg. p. CXIII. Decem talenta, quae in utroque titulo commemorantur, videntur tum in aerario Minervae impensis quibusdam faciundis esse reposita; nam quod Boeckhius olim statuit, ab Stratone, cui ille titulus scriptus est, X talenta dono esse Atheniensibus data, iam ipse sine dubio retractavit hoc cognito titulo. Ceterum plerumque XXX tantum drachmae describendis decretis impenduntur; cf., ut his utar, C. I. No. 87. 100. *Curtius* Inscrr. Attic. No. 4.; nisi quod in decreto, quod Stratocles Lycurgo ornando scripsit, L drachmae ei rei attribuuntur, id quod Vit. Lyc. p. CXIII inde explicuimus, quod illa decreta in pluribus columnis fuerint inscribenda. Fortasse huius decreti describendi causa maiores sumptus propterea erant faciendi, quod civitatum foederatarum nomina non omnia simul sed ut singulae accedebant societati, inscribenda lapidi erant. — Denique etiam τὸ ἀργύριον et praeter necessitatem et, quod sciamus, praeter usum et consuetudinem est adiectum.

6) Denique cavetur (v. 54. sq.), ut tres legati quam celerrime Thebas mittendi eligantur; pro αὐτίκα μάλα, quod hic et alias, ut in decreto ap. *Ussing.* Inscrr. Gr. ined. n. 56. ἑλέσθαι δ[ὲ αὐτίκ]α μάλα ex restitutione Bergkii et in decreto, quod *Franzius* in Bulletino dell. Inst. di corr. Archeol. Dec. 1835. p. 213. edidit et inde repetivit *Rehdantzius* p. 158. ἑλέσθαι

[1]) ap. Harpocr. v. Ἐλευθέριος Ζεύς: τῷ μὲν τοίνυν Διί, ὦ ἄ. δ., ἡ ἐπωνυμία γέγονε τοῦ Ἐλευθέριον προσαγορεύεσθαι διὰ τὸ τοὺς ἐξελευθέρους τὴν στοὰν οἰκοδομῆσαι τὴν πλησίον αὐτοῦ. Verba Sauppius ad orationem c. Aristagor. retulit Oratt. Att. 2, p. 279., coniectura paullo audaciore.

τὸν δῆμον αὐτίκα[μάλα ex nostra restitutione extat, aliquotiens eodem significatu legitur ἤδη; cf. quae in *Rossii* libro „Die Demen von Attika" p. VI. monuimus; exemplis illic allatis adde decretum Zenoni scriptum ap. *Diog. Laert.* 7, 11. χειροτονῆσαι τὸν δῆμον ἤδη τοὺς 'επιμελησομένους. Tres legatos habemus etiam in decretis ap. *Demosth.* de cor. p. 250. §. 75. p 282. §. 164.; nonnumquam autem quini legati mittebantur (cf. ib. p. 235. §. 29. p. 291. §. 187.), aliquotiens deni (*Aeschin.* f. l. p. 202. §. 18. p. 272. §. 97.), aliquando singuli (ib. p. 200. §. 15.); septem sunt ap. *Xenoph.* h. gr. 6, 3, 2. —

7) Postremum (v. 56. sqq.) ut iis satisfiat, quae ipso decreto iussa sunt, leguntur nomina tum trium legatorum, tum civitatum foederatarum. De illis satis supra diximus; haec nos nondum omnia habere sed aliquot intercidisse, quae desint ad integritatem, vel illud satis docet, quod Chii et Mytilenaei, qui ab Diodoro inter primas civitates defecisse ad Athenienses dicuntur, aut, si horum nomen recte ab Graecis editoribus v. 61. repositum est, certe illi desiderantur. Sed Abderitarum quoque et Corcyraeorum desiderari nomina tum ex iis apparebit, quae infra (p. XIV.) sumus addituri, tum ex iis quae supra (p. IX. coll. *Rehdantz.* l. c. p. 65.) diximus. Denique etiam Naxios Cythnios Seriphios miramur abesse. — Nomina civitatum excipere se videntur temporis ordine, ut singulae accesserint foederi; alioquin non facile perspiciatur, cur de civitatibus Euboeae Chalcidenses Eretrienses Arethusii Carystii iuxta ponantur in dextro latere (vv. 61 — 64.), Hestiaeenses autem in sinistro latere v. 12., cur de quattuor civitatibus Cei insulae soli Poeessii in dextro latere v. 63., Iulietae autem Carthaeensesque et Coresii in sinistro latere vv. 17 — 20. commemorentur. Cum vero ex iis, quae supra Diodorum secuti narravimus, satis constet Hestiaeam postremam de civitatibus Euboeae in sociorum Atticorum numerum esse receptam, apparere hinc videtur civitates, quarum nomina in dextro latere extent, priores accessisse iis civitatibus, quae in sinistro commemorentur. Id confirmatur etiam eo, quod Rhodii et Byzantii, quos ipse Diodorus testatur inter primas civitates se adiunxisse Atheniensibus, in dextro latere eiusque primis versibus leguntur. Illa si vera sunt, non recte videtur Diodorus significare Thebanos, quorum nomen iam v. 60. extet, aliquamdiu demum post Rhodios et Mytilenaeos Atheniensibus se applicuisse. — Inter civitates foederatas commemorantur vv. 8. et 9. Alcetas et Neoptolemus. Ille regulus Molossorum patre erat Tharrypa vel Tharrypo [1]), regno autem cum excidisset, paulisper exul Syracusis vixit, tum Dionysio maiori foedus cum Illyriis conciliavit et per Illyrios, qui irruptionem in Epirum fecerant, in regno restitutus est, Molossorum, qui Alcetae adversati erant, magna manu trucidata, Lacedaemoniis vero frustra Molossos adiuvantibus. Diodorus (15, 12.) illlas res ad Ol. 98, 4. refert; cf. *Rehdantz.* p. 67. Sic Alcetas propensior in Athenienses factus, ab Timotheo non minus quam Cephallenia et Acarnania in Atheniensium foedus receptus est (*Diodor.* 15, 36.). Hinc factum, ut Ol. 101, 4. cum Timotheus capitis causam adversus Iphicratem et Callistratum diceret, qui illi διὰ τὸ μὴ περιπλεῦσαι Πελοπόννησον diem dixerant, Alcetas et, cuius ille imperio parebat [2]), Iason Pheraeus Athenas venirent, periculum Timothei deprecaturi; accidit id Maemacterione mense praetoris Astei i. e. Ol. 101, 4. (*Demosth.* c. Timoth. p. 1187. 1199. §. 10. 22. et al.). Tum fortasse, cum ille Athenis versaretur, vel saltem brevi antequam eo veniret factum, id quod Xenophon (6, 2, 10.) narrat, ut ab Alceta Athenienses peterent, transveheret copias, quas Corcyraeis essent auxilio missuri. — Qui post Alcetam nominatur, Neoptolemus, sine dubio illius est filius, atque probari hoc titulo videtur Neptole-

---

1) Θαῤῥύπας est ap. *Plutarch.* Pyrrh. 1. Θάρυπος ap. *Thuc.* 2. 80. *Paus.* 1., 11.

2) *Xenoph.* hist. gr. 6, 1, 4. Alcetam τὸν ἐν τῇ 'Ηπείρῳ ὕπαρχον inter ὑπηκόους Iasonis memo at.

mum iam a patre superstite in regni societatem vocatum esse; nam alioquin non una cum patre hic inter socios Atheniensium diceretur. Mortuo autem Alceta Neoptolemus et frater eius Arymbas (nomen etiam Arybas, Arrybas, Arybbas scribitur, de quo vid. *Wesseling.* in *Diodor.* 16., 72.) regnum inter se diviserunt, cum antea semper unius in potestate fuisset. Neoptolemus susceptis Alexandro filio filiaque Olympiade, matre illa Alexandri Magni, ante fratrem obiisse et tunc omne regnum in Arymbae manum venisse videtur; Diodorus enim (16, 72.) neglecto Neoptolemo Arymbam unum Molossorum regem dicit eumque narrat Ol. 109, 3. decessisse, postquam per decem annos regnarit, ei autem successisse Alexandrum Olympiadis fratrem, unde simul apparet Alcetam Ol. 106, 4. vel 107, 1. obiisse. —

Pergimus ad reliqua. Peparethum et Sciathum (v. 66. 67.) et nonnullas alias insulas ab Chabria in Atheniensium fidem receptas esse Diodorus (15, 30.), plerasque insularum in vicinitate Atticae sitas ab eo occupatas et Atheniensibus amicas factas esse Demosthenes (Leptineae locum supra p. IX. adscripsimus) scribit, Maronitae (v. 68.), qui Thracicae sunt Chersonesi, cum bellum contra Abderitas gererent, pacem inter eos ab eodem Chabria conciliatam et utrosque Atheniensium socios factos esse auctor est *Schol. Aristid.* Panath. T. 3. p. 282. Dindorf. *Ἀνδηρίτας καὶ Μαρωνίτας πολεμοῦντας ἀλλήλοις. Χαβρίας διήλλαξεν.* ib. 275. *Ἀνδηρίταις ἐβοήθησε Χαβρίας ἐν Θρᾴκῃ πολεμουμένοις ὑπὸ Μαρωνιτῶν καὶ Τριβαλῶν ὧν ἦρχε Χάλης καὶ διαλλάξας τοὺς αὐτῶν βασιλεῖς ἀλλήλοις καὶ φίλους καὶ συμμάχους ἀμφοτέρους Ἀθηναίων ἐποίησε.* Verba illa scholiastae *Rehdantzius* l. c. p. 63. in fidei suspicionem vocat, quod Maronitae semper Atheniensibus videantur infesti fuisse; istud iam hic titulus satis refutare potest; sed ut *Ἀβδηρῖται* ita *Μαρωνῆς* (sic ibi dicuntur, qui hic *Μαρωνῖται* vocantur) in inscriptionibus quae *φόρων ἀναγραφὴν* continent, inter socios Atheniensium tributarios et *Θρᾳκίου* quidem *φόρου* nominantur; cf. *Franz.* El. Epigr. p. 122. Iam ulterius pergi et coniici licet reliquas etiam civitates, quarum nomina in dextro latere extent, plerasque per eundem Chabriam, eas autem, quae in sinistro sint, per Timotheum adscriptas esse foederi. Valet id etiam in Euboeae civitates; nam quod Plutarchus (de glor. Athen. T. 9. p. 99. *ἐν ᾧ Τιμόθεος Εὔβοιαν ἠλευθέρου*) scribit, per quod tempus *Timotheus Euboeam liberarit* et Chabrias apud Naxum vicerit atque Iphicrates moram Lacedaemoniorum obtruncarit, ab Isocrate orationem panegyricam esse scriptam, nisi ille Euboeam errore pro Corcyra posuit (cf. *Rehdantz.* p. 57.), ad posteriorem aliquam rem referendum est.

v. 63. De quattuor Cei civitatibus ea quae hic *Ποιήσσιοι*, apud scriptores veluti ap. *Strab.* 10, 486. *Ποιήεσσα* dicitur, incolae *Ποιηέσσιοι*, sed *Ποιήσσιοι* etiam aliquot in codd. extat Stephani Byz. p. 530, 8. Mein. — v. 66. Si recte ab Graecis editoribus rescriptum est *Παλλ[ηνῆ]ς*, dubii haeremus, eo quid significetur, cum urbs Pallene recentioris sit memoriae, Thracicae autem peninsulae, quae antea Phlegra, postea Pallene dicebatur, civitates maiores Potidaea, Aphytis, Sciona, Mende et minores Aegae, Neapolis, Thrambus et Sane (cf. *Herodot.* 7, 127.) numquam, ni fallor, eiusmodi quoddam *κοινὸν* constituerint, ut credibile sit communi nomine eas ad societatem Atticam accessisse. — v. 69. *Διῆς* dicuntur incolae civitatum, quibus nomen erat *Δῖον*. De sex autem civitatibus, quas Stephanus Byz. eo dicit nomine esse, duae tantum hic in censum veniunt; dubitari enim tantum potest, hic *Δῖον* utrum Euboeae, an Macedoniae significetur, cum tertia *πρὸς τῷ Ἄθῳ* sita, cuius memoria apud Thucydidem (5, 35. et 82.) extat, sine dubio in latere sinistro vv. 26. sq. *Διῆς ἀπὸ Θρᾴκης* dicatur; nos igitur eo inclinamus, ut Euboicum significari arbitremur. Id eo quoque commendatur, quod v. 70. extat *Ἀθην[ῖ]ται*; nam eo nomine dubitari nequit quin incolae dicantur Euboicae civitatis, cui nomen erat *Ἀθῆναι Διάδες*, quod in vicinitate illius *Δίου* erat sita (*Strab.* 10, 446. *Stephan.* B. p. 232, 14. 34, 22.); nam quod illius gentile Meinekius

(in Stephan. p. 34.) *Ἀθηναΐτας* dicit esse, pro vitioso autem habet *Ἀθηνίτας*, hoc titulo refutatur, in quo fieri nequit ut duae litterae interciderint. —

Transimus ad sinistrum latus. Aenii et Samothraces iuxta collocantur etiam in antiquioribus titulis iis, quibus tributa sociorum Atticorum referuntur (cf. *Franz.* El. Epigr. p. 122.). — v. 4. *Δίκαιαν* sive *Δικαιόπολιν* Stephanus Byz. 230, 14. unam novit Thraciae; Harpocratio s. v. praeter urbem Thraciae, quae Abderis vicina sit, coniicit esse etiam aliam; coniecturam confirmant tituli, qui ad tributa sociorum Atticorum pertinent, in quibus et *Δικαιοπολῖται . . . τρίων ἄποικοι* et *Δίκαια παρὰ Ἄβδηρα* distinguuntur; illa in sinu Thermaeo, haec inter Abdera et Maroneam erat sita (*Franz.* l. c. p. 122.), eaque, ni fallimur, in hoc quoque titulo intellegenda est. — v. 5. *Ἀκαρνᾶνες*, id est *τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων*, quod olim in Strati urbem (*Xenoph.* h. gr. 4, 6, 4.), postea modo Thurium sive Thyrium, modo Leucadem conveniebat (*Liv.* 33, 16. 17. 45, 31.). In Peloponnesio bello Acarnanes postquam initio fere belli *ἡ ξυμμαχία ἐγένετο πρῶτον Ἀθηναίοις καὶ Ἀκαρνᾶσιν* (*Thuc.* 2, 68.), fidelissimi erant Atheniensium socii exceptis Oeniadis solis, qui semper infensi erant Atheniensibus (*Thuc.* 2, 102. *Οἰνιάδαι ἀεί ποτε πολέμιοι ὄντες μόνοι Ἀκαρνάνων*); iidem etiam apud Corinthum Ol. 96, 3. socii erant Atheniensium Argivorum Boeotorum et Corinthiorum contra Lacedaemonios pugnantium (*Xenoph.* h. gr. 4, 2, 17.), unde factum, ut etiam ipsi adversus Achaeos ab Atheniensium et Boeotorum manu adiuvarentur (ib. 4, 6.), neque illi antea ab ea societate destiterunt, priusquam Agesilaus expeditione in Acarnaniam facta agrisque vastatis eos Ol. 97, 2. cogeret, ut foedus cum Lacedaemoniis facerent (*ξυμμαχίαν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐποιήσαντο*, *id.* 4, 6. — 4, 7, 1. Agesil. 2, 20.). Apparent igitur Acarnanes tum inter socios Lacedaemoniorum (*Diodor.* 15, 31.), cum Agesilaus expeditionem in Boeotiam faceret anno fere Ol. 100, 3. vel 4. Timotheus autem cum classi post Chabriae mortem esset praefectus, in Cephalleniam navigavit eiusque civitates Atheniensibus conciliavit, similiter Acarnaniae civitatibus persuasit ut illis se applicarent, mox etiam Alcetam regem illis amicum fecit. Ita et eo ordine res narrat *Diodorus* (15, 36.): *Τιμόθεος δὲ παραλαβὼν τὴν ναυαρχίαν καὶ πλεύσας εἰς τὴν Κεφαλληνίαν τάς τε ἐν αὐτῇ πόλεις* (ita enim Reiskius rescripsit pro scriptura librorum *τάς τε ναῦς τῇ πόλει*, quae sensu caret) *προςηγάγετο καὶ τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν ὁμοίως ἔπεισεν ἀποκλίναι πρὸς Ἀθηναίους, Ἀλκέταν δὲ φίλον κατασκευάσας.* Hic autem titulus evincere videtur non iusto ordine res ab Diodoro tradi, sed Acarnanas prius, Cephalleniam posterius accessisse. Eo, ni fallimur, spectat *Aristid.* Panathen, 173, 18. T. 1. p. 284. Dindf. *ἢ τῶν ἐν Ἀκαρνανίᾳ μνησθῶ*; in quem locum schol. ita commentatur: *ἐνταῦθα Ἀθηναῖοι Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς αὐτῶν συμμάχοις συμβαλόντες ἐνίκησαν.*, nisi hoc ad Iphicratem pertinere velis, qui fere Ol. 101., 4. *τοὺς πελταστὰς καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν ὁπλίτας ἔχων εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν καὶ ἐκεῖ ταῖς μὲν φιλίαις πόλεσιν ἐπεκούρει, εἴ τίς του δέοιτο, Θυριεῦσι δὲ — ἐπολέμει*, ut auctor est *Xenoph.* (h. Gr. 6, 2, 37.) Post Leuctricam pugnam Acarnanes socii videntur facti esse Thebanorum (cf. 6, 5, 23.). —

Cephalleniae insulae cum oppida fuerint quattuor, hic (v. 6. sqq.) unum tantum inter civitates foederatas Atheniensium memoratur, *Πρωννοί*, quod apud Strabonem (10, 455.) *Πρώνησος* dicitur, quae forma etiam in nonnullis libris *Stephani Byz.* v. *Κράνιοι* p. 381, 19. et *Heraclidae πολιτ.* 32. (cf. *Schneidewin.* p. 101.) atque *Livii* 38, 28. vel extat vel extare videtur, apud *Lycophron.* 791. audit *Πρώνιοι*, quam formam *Tzetzes* in Lyc. l. c. etiam *Thucydidi* 2, 30. vindicat, ubi nunc editur *Προνναῖοι*, libri autem et in $\overline{\nu}$ vel simplici vel duplici et in accentu notando fluctuant, apud *Polybium* (5, 3, 3.) est *Πρόννοι*, denique in Etym. M. 507, 28. *Πρόνοοι*; ex hoc igitur titulo constat nomen duplici $\overline{\nu}$ et littera $\overline{\omega}$ scribendum esse. Cum autem Diodorus l. c. significare videatur omnia Cephalleniae oppida a Timotheo

adacta esse ut in foedus reciperentur, mireris omitti hic *Παλῆς Κρανίους Σαμαίους*; nisi igitur illorum nomina in parte ea lapidis latent, quae intercidit, fortasse etiam hoc nomine erravit Diodorus. Atque hoc cur praeferamus, rationem habemus hanc. Etenim Xenophon (h. gr. 6, 2, 38.) Iphicratem narrat classi, postquam Timotheo imperium eius abrogatum sit, praefectum Ol. 101, 4. *εἰς Κεφαλληνίαν πλεύσαντα χρήματα πράξασθαι τὰ μὲν παρ' ἑκόντων τὰ δὲ παρ' ἀκόντων*, in Cephalleniam navigasse et pecunias partim ab volentibus partim ab nolentibus exegisse. Id vero demonstrare videtur tum non omnes Cephalleniae civitates eodem in Athenienses animo fuisse. Una ratio est, qua possis Diodoro mederi, si pro *τάς τε ναῦς τῇ πόλει* non cum Reiskio *τάς τ' ἐν αὐτῇ πόλεις* sed *τάς τε Πρωννοὺς τῇ πόλει* rescripseris. —

v. 14. sq. De Lesbi civitatibus duae minores Antissa et Eresus[1]) solae hic memorantur omissis non modo Pyrrha et Arisba sed etiam nobilibus illis Mytilene et Methymna, nisi aut Graecos editores recte in dextro latere v. 61. *Μυτιλην]αῖοι* et *Μηθυμν]αῖοι* reposuisse aut in satis amplo spatio, quod utrique illorum nominum interiectum est, harum civitatum nomina extitisse dicas. — v. 17. sqq. Ex quattuor civitatibus Cei insulae tres in hoc latere iuxta memorantur *Ἰουλίς, Καρθαία* et *Κορησός*, quarta *Ποίησσα* in dextro latere extat, id quod inde repetivimus, quod illae hac posterius foederi accesserint; singulae enim separatim accesserunt, neque communi universorum Ceorum consilio, quamquam erat etiam *κοινὸν* Ceorum cum communi senatu et concione; cf. *Boeckh.* C. I. Gr. T. 2. p. 281. Docet autem hic titulus veram Coresi nominis formam, cum scriptores alii *Κορησσόν*, alii *Κορεσσόν*, alii *Κορισσὸν* exhibeant.

v. 21. *Ἐλαιούσιοι* incolae sunt *Ἐλαιοῦντος* civitatis Chersonesi Thracicae, quae cum nonnullis in libris scriptorum veterum *Ἐλεοῦς, Ἐλεούσιοι* dicatur (cf. intprr. in *Thuc.* 8, 102. 103. 107. *Weber.* in Demosth. Aristocr. p. 451.), hic titulus[2]) ut nummi scripturam *αι* vindicat; idem valet etiam in pagum Atticum *Ἐλαιοῦς*, nisi quod hic *Ἐλεούσιοι* in titulo qui Hadriano posterior est C. I. Gr. No. 184. reperitur. — De insulis Cycladibus in dextro latere extant *Ἴκιοι Πεπαρήθιοι Πάριοι*, in sinistro *Ἄνδριοι Τήνιοι Μυκόνιοι Κεῖοι Ἀμόργιοι Σίφνιοι.* — v. 22. *Σηλυμβρίαν πόλιν ὑμετέραν ποτὲ σύμμαχον οὖσαν* Demosthenes de Rhod. libert. 15, §. 26. p. 198. dicit, fortasse hoc ipsum foedus respiciens. — v. 25. *Σίκινος* parva insula maris Aegaei, circa Cretam sita. — v. 26. *Διῆς ἀπὸ Θρᾴκης* qui sint, diximus supra ad v. 69. dextri lateris. — v. 28. *Νεοπολῖται.* In titulo quodam, quo tributa sociorum Atticorum recensentur ap. *Franz.* El. Ep. p. 122. sq. extant et *Νεοπολῖται .....ίων ἄποικοι* et *Νεάπολις παρ' Ἀντισάραν*; hanc *Franzius* eam statuit esse, quae inter Thasum et Philippos iaceat, illam in Pallene esse sitam atque in C. I. Gr. No. 143. *Νεοπολίτας παρὰ Χεῤῥόνησον* dici. Eadem illa Neopolis Pallenes non dubitamus quin hic quoque significetur. —

Reliquum est, de novissimis versibus dicatur. Zacynthiorum respublica quo statu temporibus illis fuerit, parum nobis constat; nam et Xenophon (h. gr. 6, 2, 2. sq.) in illarum rerum memoria brevior est, et Diodorus (15, 45.) ita eas narrat, ut secum pugnantia, certe minus cohaerentia tradat. Illud autem ex utriusque narratione apparere videtur, duas tunc Zacynthiorum factiones fuisse, alteram optimatium, alteram popularium; hos per illam factionem faventibus Lacedaemoniis urbe eiectos, ab Timotheo autem, Atticae classis praetore reductos, prope ab mari in castello munito, cui nomen dederint Arcadiae, collocatos, atque in molestias damnum-

---

[1]) Confirmat hic titulus scripturam *Ἐρεσόν*, quae nummorum quoque est, cum apud scriptores *Ἐρεσσὸν* extet. [2]) Eadem forma est in titulis, qui ad sociorum tributa spectant. A. L. Z. 1837. Int. Bl. Jun. n. 41.

que oppidanis exhibendo et optimates oppugnando adiutos, cum autem optimates Lacedaemoniorum auxilium implorassent, ab Lacedaemoniis, antequam rem armis aggrederentur, primum legatos qui Timotheum criminarentur, Athenas missos, Atheniensium vero animis ad exules inclinantibus classem paratam eique Mnasippum praefectum et huic etiam id mandatum esse, ut Corcyraeis bellum inferret; tum ab Atheniensibus Zacynthiorum exulibus Stesiclem vel Ctesiclem ducem datum simulque Timotheum cum classe plebeiis Corcyraeorum auxilium suum implorantibus missum esse subsidio, quia optimates ibi, qui cum Lacedaemoniis facerent, adversus plebem insurrexissent; Timotheo moras nectenti abrogatur imperium, ipse proditionis accusatur eique Iphicrates successor datur. Gesta sunt illa intra annos Ol. **101**, 2 et **101**, 4. Apparet inde Atheniensium socios tum non Zacynthiorum optimates, qui urbem tenuerint, sed exules plebeios fuisse, qui segregatam quandam ab illis civitatem constituisse videntur; hos igitur solos significari posse verbis *Ζακυνθίων ὁ δῆμος ὁ ἐν τῷ ν...* || *ῳ* satis certum, lacunam autem num recte suppleverimus rescribendo *ὁ ἐν τῷ ν[ανστάθμ]ῳ* vel *ν[εωρί]ῳ*, satis sane incertum est.

Priusquam ad no. 2 accedamus, addamus 1.) ad p IV. *οὐθὲν* exhiberi etiam in titulis Piraeensibus navalibus, quos *Boeckhius* edidit no. I et II, quorum alter Olympiade **101**. non potest recentior esse, et *μηθὲν* in titulo ap. *Curtium* Inscrr. Attic. no. VI. p. 17, unde apparet *θ* illis in vocibus iam ante Aristotelem apud Atticos quoque in titulis frequentari. Dein 2.) ad p. XIII. sq. Arybbae Alcetae filio, qui Athenas cum comitatu venerit, ornando scriptum esse titulum, quem *Curtius* (Inscrr. Attic. p. 12.) ex Ephemer. Archaeol. repetiverit et apparere eo ex decreto iam avo Arybbae, i. e. Tharypae, non minus quam Alcetae quaedam ornamenta atque beneficia ab Atheniensibus tributa esse, et, ni fallimur, etiam *ἀσφάλειαν* quandam, qua eorum securitati ab Atheniensibus prospectum sit.

2.

η
ωστη [τὴ-
ν εὔνοιαν] ὅσην εἶχε [πρὸς τὴν βουλ-
ὴν καὶ τὸν δῆμον [τὸν Ἀθηναίων, ἐπε-
μελήθη δὲ καὶ τῆς [ἀναγ]ρ[αφῆς τῶν ν-
όμων, ὅπως ἂν ἐκτε[θεῖεν] πά[ντες οἱ ν-
εν]ομοθετημένοι ἐπὶ Φερε[κλέους
ἄρχοντος σκοπεῖν [τῷ]ι βουλομένω-
ι καὶ μηδὲ εἷς ἀγνεεῖν τοὺς τῆς [πό-
λεως νόμους. ὅπως [ἂν] οὖν ἡ βουλὴ φα-
ίνηται ἀξίαν χάριν ἑκάστοις ἀ[πο-
διδοῦσα τῶν πεφιλοτιμημένων, [τύ-
χῃ ἀγαθῇ δεδόχθαι τῇ βουλῇ, ἐ-
παινέσαι Εὐχάρην Εὐάρχου Κονθ[υ-
λῆθεν καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν θαλλ-
οῦ στεφάνῳ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ δικ-
αιοσύνης τῆς εἰς τὴν βουλήν, ἀναγ-
ράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν γραμ-
ματέα τὸν κατὰ πρυτανείαν καὶ στ-
ῆσαι ἔμπροσθεν τοῦ βουλευτηρίου.

Titulus est *στοιχηδὸν* scriptus versibus imparibus latitudine; singuli versus sunt XXVII, solus vicesimus XXVIII litterarum. Emendationes pleraeque Graecis editoribus debentur, nisi quod illi v. 3. *ος ἦν* ubi nos *εὔνοιαν*] *ὅσην*, v. 6. illi *ἐκτε*[*θῶσι*, cuius loco, ut grammaticae rationi consuleretur, *ἐκτε*[*θεῖεν* scripsimus, etsi sic hic quoque versus fit XXVIII litterarum. — v. 9. *ἀγνεεῖν* videtur lapicidae error esse pro *ἀγνοοίη*. Eiusdem errore v. 14. aut *Εὐχάρην* pro *Εὐάρχην* aut *Εὐάρχον* pro *Εὐχάρον* scriptum fuerit; nam admodum improbabile est in eadem familia utrumque nomen obtinuisse.

Perscripta est autem hoc titulo senatus D̅. auctoritas, unde fit, ut ultimo versu iubeatur lapidem, qui contineat Sconsultum, ante fores curiae (*ἔμπροσθεν τοῦ βουλευτηρίου*) collocari. Hinc lapis hic, si iam antiquitus erat, quo nunc repertus est loco, collocatus (id quod sane non est ita certum), situm curiae docere et coniecturam confirmare potest, quam ea super re *Lud. Rossius* noster primus, quod sciamus, proposuit. Titulum post Ol. 114. esse scriptum memoria *γραμματέως κατὰ πρυτανείαν* v. 19. facta demonstrat (cf. *Boeckh.* Oecon. Civ. Athen. I, p. 256. ed. 2da), non ante Phereclis praeturam, qui Ol. 119, 1. reipublicae praefuit, eum esse factum versus septimus docet. — Decernuntur vero hoc Sc. honores Euchari cuidam Conthylensi ob operam in legibus describendis praestitam. Intellegimus autem hinc, id quod hucusque ignotum erat, anno Ol. 119, 1 Athenis leges aliquot latas esse, earum vero in tabulis perscribendarum et publice, unde de plano ab omnibus legi possent, proponendarum curam in se suscepisse Eucharem illum. Videri id cum populari imperio Ol. 118, 3 restituto cohaerere iam Graeci editores monuerunt. Etenim ut Ol. 94, 2 post sublatum dominatum XXX virorum revocatumque populare imperium nova quaedam omnium legum recensio facta est per nomothetas ab senatu D. electos, per ipsum senatum D̅. et per nomothetas a paganis electos (*Andocid.* de myst. §. 83.), in qua opportunitate fortasse factum est, ut Nicomachus scriba *τῶν νόμων ἀναγραφεὺς* fieret iubereturque intra quattuor menses leges Solonis describere, quod ille sibi munus ultra quadriennium prorogavit (*Lys.* c. Nicomach. 30, 1. p. 836. sqq.): ita credibile est simile quiddam factum esse, postquam Ol. 118, 2. Demetrius, qui postea Poliorcetes est dictus, et paucorum dominatum ab Cassandro institutum sustulerit et imperium populare Atheniensibus reddiderit. Probabile est enim tum de legibus, quas Demetrius Phalerensis per decem annos Athenarum curationis ab Cassandro sibi commissae satis multas tulerit [1]), omnes sublatas esse, quaecumque paucorum dominatui faverint et earum in locum revocatas rogatasque esse quae pro populi imperio facere visae sint.

3.

ο [*τῶν σ–*
υ]*σσίτων* [*στεφ–*
ανῶσαι αὐτῶν ἕ[*καστον θαλλοῦ στεφάνῳ προθυ–*
μίας ἕνεκα τῆς πρὸ[*ς τὴμ βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, καὶ ἐ–*
μ πᾶσι τοῖς ἀγῶσιν οἷς [*ἡ πόλις συντελεῖ, τὸν ἀρχιτέκτονα τὸ–*
ν ἀεὶ καθιστάμενον κατανέμει[*ν αὐτοῖς θέαν,*

---

1) Nam qui tertius (post Draconem et Solonem) legum lator Atheniensium dicitur Syncello (Chronogr. p. 273, 63. *τοῦ Φαληρέως Δημητρίου τρίτου νομοθέτου Ἀθηναίων*), eum sane probabile est praeter leges eas, quibus aut sumptus funerum et sepulcrorum minuerit (*Cicer.* legg. 2, 26.) aut luxuriem conviviorum institutis gynaeconomis circumciderit, aut de *εἰςαγγελίαις* ab mille quingentis iudicum iudicandis (*Pollux.* 8, 53.) caverit, alias etiam multas perrogasse; cf. *Ostermann.* de Demetr. Phaler. Vit. Reb. gest. Part. I. Hersfeld 1847. p. 39 sqq.

καὶ τὸν γραμματέα αὐτῶν Χαιρέστρατον στεφανῶσαι θαλλο-
ῦ στεφάνῳ, ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψ[ήφισμα καὶ τὰ ὀνόματα τῶν τε συσσί-
των [τούτ]ων καὶ τοῦ γραμματέως αὐτῶν ἐν [στήλῃ λιθίνῃ τὸν γραμμα-
τέα τὸν κατὰ πρυτανείαν καὶ στῆσαι[
ιός ἐστιν, τὸ δὲ ἀνάλωμα τὸ γενόμεν[ον εἴς τε τὴν ποίησιν τῆς στήλ-
ης καὶ τὴν ἀναγραφὴν μερίσαι τὸν τ[αμίαν τοῦ δήμου ἐκ τῶν κατὰ ψηφίσματα ἀνα-
λισκομένων τῷ δήμῳ.]

Ἀντιγονίδος:	*Αἰγεΐδος:*
Χαίριππος Φιλίππου	*Δεινίας Δείνω[νο]ς ἱερ[*
Λαμπτρεύς.	*Ἑρχιεύς.*
Δημητριάδος:	*Πανδιονίδος:*
ριωτος Δημοφίλου.	*Διοκλῆς Χαιρέου αὐ*
ύσ[ιος	*Παιανιεύς.*
Ἐρεχθηΐδος:	*Λεοντίδος:*

Cum versuum ignoremus latitudinem, supplementa nullo modo certa esse possunt, nihil autem videtur in sinistra lapidis parte desiderari, sed quaecumque desiderantur, in dextra parte intercidisse. V. 3. sq. poterat etiam coniici: *ἕ[καστον στεφάνῳ χρυσῷ φιλοτι]μίας ἕνεκα* et v. 5. *οἷς [οἱ Ἀθηναῖοι ἄγουσι* sive *τιθέασι, τὸν ἀγωνοθέτην τὸ]ν ἀεὶ καθιστάμενον κατανέμει[ν αὐτοῖς προεδρίαν*, ut C. I. Gr. no. 101. est *προεδρία κατανέμεται.* Sed secuti sumus *Demosth.* de cor. 234, 23. §. 28. *ἢ θέαν μὴ κατανεῖμαι τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτοῖς κελεῦσαι.* V. 10. usque ad .... *ιός ἐστιν* latet nomen loci, quo columna ponatur, fortasse *οὗ ἔθ]ος ἐστίν*, ut est in C. I. Gr. 2227. — V. 12. supplementa unde petierimus, docent quae scripsimus Vit. Lycurg. p. CXIII. — V. 13. expectes forsitan *Αἰγηΐδος*, ut est C. I. 222. Inscr. Naval. X, 160. et ap. *Ross.* „die Demen" no. 5. sed *Αἰ]γεΐδ[ος* est etiam ap. *Ross.* ib. no. 1. in C. I. Gr. 281. 275. alibi. — V. 14. *ιερ.* et v. 17. *αυ* videntur compendia esse scripturae, quid vero illis notis significetur, ignoramus; coniici multa possunt, veluti *ἱερ[-αύλης* et *αὐ[λητής*; cf. C. I. Gr. T. I, p. 325. sq. Idem valet etiam in v. 18. quod potest esse *Φηγούσιος, Ῥαμνούσιος, Τρικορύσιος, Ἀναφλύστιος,* alia. — V. 17. *ριωτος.* No. 10, 20. est *εριωτος.* Fortasse in utroque latet notum nomen *Βο]ιωτός.*

Hoc titulo decernuntur corona et locus insignior in theatro tum collegio cuidam tum scribae collegii; nam v. 7. perspicua sunt *καὶ τὸν γραμματέα αὐτῶν*; collegium autem quale fuerit, difficile est coniectura assequi, nisi quod ad rem sacram pertinuisse ex *ἱερ.* v. 14. apparere, nomen autem eius v. 2. in ... *σσιτων* latere videtur, quod cum aliter nequeamus commode explere nisi rescribendo *συ]σσίτων*, statuimus collegium eo nomine non minus fuisse quam *παρασίτων.* Fuisse vero illud XII virum, eorumque singulos de singulis tribubus captos novissimi versus demonstrant, ubi eo ordine nominantur, qui constans tum erat et perpetuus Atticarum tribuum. Confirmat igitur titulus coniecturam a *Boeckhio* C. I. Gr. T. I. p. 153. propositam, qui novas tribus Demetriadem et Antigonidem antepositas esse reliquis statuerat, et id quod tum non poterat coniici, docet primum locum Antigonidi, secundum Demetriadi esse datum. Hinc apparet intercidisse et finem sinistrae partis qui collegas de Erechtheide et Leontide captos et partem dextram, quae tum duobus ordinibus de Acamantide Oeneide Cecropide Hippothontide Aeantide et Antiochide captos collegas tum nomen scribae continuerit. Antigonidi institutae pagum Lamptrensium adscriptum esse, qui antea Erechtheidis fuerit, hic titulus demonstrat, id quod etiam ipsum hucusque ignotum erat. — De hominibus, qui hic nominantur, Diocles Piraeensis fortasse nepos est eius, qui in Inscrr. Naval. X, c. 34. commemoratur, quae inscriptio

fere ad Olymp. 109, 3. pertinet; *Δεινίας* autem *Δείνωνος Ἑρχιεύς* fortasse nepos est clari oratoris *Δεινίου Ἑρχιέως*, qui Leptineae legi defensor a populo erat datus (*Demosth.* Lept. 20, §. 146. 151.) et filius *Δείνωνος Δεινίου Ἑρχιέως*, qui in inscriptione navali XVI, 123. 192. trierarchus ex Ol. 114, 2. dicitur.

Decretum autem hoc esse vel senatus vel senatus populique Attici fidem facit v. 10., quo scriba *ὁ κατὰ πρυτανείαν* iubetur decretum lapide describendum et loco quodam collocandum curare; ei enim scribae alia nulla universitas id poterat dare curationis

---

4.

ἐ]κκλησ[ία κυρία . τοὺς λαχό- —
[ντας προέδρους χρηματίσα-]
ι περὶ τούτ[ων, γνώμην δὲ σ-
υμβάλλεσθ[αι τῆς βουλῆς
εἰς τὸν δῆμον, [ὅτι δοκεῖ τ-
ῇ βουλῇ ἐ[παινέσαι Ἀρι-
στομένην Ἀ[ρισ]τ[ομένους Πα-
ιανιέα ἀρετῆς ἕ[νεκα καὶ
δικαιοσύνης, [ἣ]ν [ἔχων διε-
τέλεσεν περὶ τὴν [βουλὴν
κ]αὶ τὸν δῆμο[ν, καὶ στεφαν-
ῶσαι αὐτὸν [χρυσῷ στεφά-
νῳ κατ[ὰ τὸν νόμον καὶ
ἀνε[ιπεῖν τὸν στέφανον τοῦτον
σπο[υδῆς
ἔχειν.
συο
ολ.

Supplevimus titulum ex C. I. no. 108. et 85$^{b.}$ T. 1. p. 897. Verum hic titulus no. 4. et quem edemus infra no. 13, 17. ut C. I. no. 108 et 2270. docent no. 85$^{b.}$ in Addend. non debuisse suppleri: *γνώμην δὲ συμβάλλεσθαι τῆς β[ουλῆς π ρ ὸ ς τ]ὸν δῆμον* sed *ε ἰ ς τὸν δῆμον.* — V. 6. *Τ]ΕΙ ΒΟΥΛΕΙ* nihil habet insoliti; immo id „in terminationibus dativorum — praesertim in formulis decretorum quibusdam, vel aliquot post Euclidem saeculis haud rarum.“ *Franz.* El. Ep. Gr. p. 150. Idem usu venit infra no. 12. no. 59, 2. 4. cf. *Ross.* „die Demen“ no. 16. p. 48.

5.

ἔ]δοξεν τῷ δήμῳ
ο κ]λέους Μαραθώνιος εἶπε.
ορισθέντων ἔχει ὁ ταμίας μερίζειν τὰ [ὅπως ουν
κ]ατὰ λοιπὸν χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ συνκ[ομίζωνται οἱ

κ]αρποὶ μετ' ἀσφαλείας : ἀγαθῇ τύχῃ δε[δόχθαι τῇ βουλῇ
τού]ς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦ[σαν ἐκκλησίαν χρημα-
τ]ίσαι περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξυμβάλλε[σθαι εἰς τὸν δῆμον, ὅτι
δ]οκεῖ τῇ βουλῇ, τοὺς βουλομένους τ[ῶν Ἀθηναίων ἢ τῶν ξέ-
ν]ων τῶν οἰκούντων ἐν τῇ πόλει ἐπιδιδ[όναι εἰς τὴν σωτηρία-
ν τῆς πόλεως καὶ τὴν φυλακὴν τῆς χώρας, [ἐπαγγείλασθαι ἐν τῇ β-
ουλῇ ἢ πρὸς τοὺς στρατηγοὺς ἀπογράψα[σθαι . . . . μηνὸς Μ-
ο]υν[υ]χιῶνος, μὴ ἐξέστω δὲ μηθένι ἐπιδοῦν[αι .
μηδὲ ἔλαττον [illegible], εἶναι δὲ τοῖς ἐπιδοῦσι [καὶ τὰ ἄλλα τίμια κα-
ὶ ἐπαινεθῆναι καὶ τιμηθῆναι ὑπὸ τοῦ δή[μου· αὐτ-
ὸς ἕκαστος αὐτῶν, τὸν δὲ γραμματέα τοῦ [δήμου ἀναγράψαι τόδε
τὸ ψήφι]σμα καὶ τὰ ὀ]νόματα τῶν ἐπιδόντ[ων ἐν στήλῃ λιθίνῃ
ὅπως] ἂν φανερ[οὶ ὦσιν
λην.

Titulum ex no. 4 et aliis similibus, quantum eius fieri poterat, redintegravimus. V. 10. quod reposuimus, confirmatur loco quodam *Demosthenis* de cor. p. 363, extr. §. 112. *ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐπαγγειλάμενος δέδωκα τῷ δήμῳ.* Nam ἐν τῇ β]ουλῇ recte nos supplevisse, id autem non ex *ἀπογράψασθαι* sed ex suo verbo pendere oportere satis certum est. Certa vero supplementa lacunis versuum 11. 12. 14 explendis non habemus; nam V. 15. *ος ἕκαστος* non aliter videtur redintegrari posse quam *αὐτ*]*ὸς ἕκαστος* rescribendo, de quo vide *Matth.* Gr. §. 468, 6, id autem cum non possit ex *εἶναι* pendere (nam sic debebat esse *αὐτοῖς ἑκάστοις*), intercidisse videntur, quibuscum nominativus cohaereat. — V. 15. *τὸν δὲ γραμματέα τοῦ* [*δήμου* certum est; eadem cura scribae populi in tribus aliis quae extant decretis committitur; cf. *Boeckh.* Oecon. Civ. Ath. I, 260. ed. 2da et quae ipsi de Vit. Lycurg. p. CXI. commentati sumus.

Continetur titulo, ut praescriptio *ἔδοξεν τῷ δήμῳ* docet, plebisscitum; eo autem probatur senatus auctoritas, qua proedri in proxima, quae futura sit, concione ad plebem referre iubentur, videri e republica esse, ut cives et inquilini Attici pro salute civitatis et tuenda regione gratuito pecunias reipublicae conferant, eas vero largitiones intra decimum mensem Atticum Munychionem vel apud senatum D profiteantur vel imperatorum in tabulis inscribendas curent; interdicitur autem, ne quis infra quingentas drachmas conferat honoresque collaturis promittuntur. — *Ἐπιδόσεων* Atticarum sive largitionum ab volentibus reipublicae collatarum rationem exposuit *Boeckhius* l. c. p. 764 ed. 2da. Ad eas descendebatur, quotiens ordinarii reditus populi non sufficerent publicis necessitatibus; sic nonnumquam in annonae caritate (*Demosth.* adv. Phorm. p. 918. §. 39.), aliquando etiam ad sacrificiorum publicorum sumptus faciendos usu veniebant (*Plutarch.* Phoc 9. *Demosth.* de cor. 260. §. 118. *ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ κατασταθεὶς ἐπέδωκα-ἑκατὸν μνᾶς εἰς θυσίας*), saepissime autem eo refugiebatur, si bellicis sumptibus exhaustum aerarium iisque ulterius faciendis non par esset. Atque illam ipsam ob causam hoc quoque plebisscito iuberi *ἐπιδόσεις* fieri primum inde apparet, quod hic *ἐπιδόσεις* facturi iubentur eas apud *imperatores* (*πρὸς τοὺς στρατηγοὺς*) profiteri, dein etiam magis elucet ex verbis V. 9. *εἰς τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως καὶ τὴν φυλακὴν τῆς χώρας*, postremum idem efficitur ex V. 4 sq., qui docent prospiciendum fuisse tunc, ut fruges *tuto* demeti et ex agris in horrea deferri possent atque ad propugnacula eo consilio facienda imprimis opus fuisse argento collato. De tempore, in quod cadit decretum, nihil pro satis certo venditare possumus; sed nihil videtur obstare, quo minus in tempora belli ab Antigono Gonata Atheniensibus illati s. in Ol. 129. referamus, de quo bello cf. *Niebuhr.* Klein. histor. Schrift. p. 451. sqq.

Schorn Geschicht. Griechenland's p. 89. Nam *Polyaenus* 4, 6, 20. haec habet: *Ἀντίγονος τὰς Ἀθήνας βουλόμενος λαβεῖν, εἰρήνην ἐσπείσατο τῷ τοῦ φθινοπώρου καιρῷ. Ἀθηναῖοι τὸν σῖτον κατασπείραντες ὀλίγον ἐφύλαξαν τὸν ἀποχρήσοντα μέχρι τῆς τῶν καρπῶν ἀκμῆς. ἐπεὶ δὲ ἤκμαζον οἱ καρποί, Ἀντίγονος μετὰ τοῦ στρατεύματος ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐνέβαλεν. οἱ δὲ τοῦ σίτου τὸν μὲν καταναλωκότες, τὸν δὲ κωλυόμενοι θερίζειν, Ἀντίγονον εἴσω τοῦ ἄστεος ἐνεδέξαντο.* Illud autem huic plebisscito peculiare est, quod cum *ἐπιδόσεις* reliquas, quas quidem novimus, ditiores in *concione*, nonnumquam ab vociferante et flagitante plebe coacti (*Theophr.* Char. 22 *Plutarch.* Phoc. 9. Alcib. 10. *Demosth.* Mid. 567. §. 162. al.) offerre soliti sint, hic in *senatu* vel apud *imperatores* offerri iubentur *ἐπιδόσεις*. Cf. quae in no. 10. sumus commentaturi.

6.

χωρῶσι
τῶ]ι δήμῳ καὶ τ-
ὴν συμμ[αχίαν
ψήφι[σμα.

7.

στρατη]γοῦντος [ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας
ου εἰς
ὁ ταμίας] ὁ τοῦ δήμ[ου
σ]ά[ν]τες τε
ἀγαθῇ τύ[χῃ δεδόχθαι τῇ βουλῇ τοὺς λαχόντα-
ς] προέδ[ρους χρηματίσαι περὶ τούτων
λοι]πὸν κο.

Cf. C. I. Gr. no. 477 sq. V. 3. potest etiam suppleri: ὁ γραμματεὺς]

8.

καὶ
νπερὶ τ
τήν τε προ[αίρεσιν
αιτο τῷ δή[μῳ
πάσαις ταῖς ε
ἔστησεν αὐτ
εν φιλοτο[μίας.

9.

ἀγ[αθ[ῇ τύχῃ
πρυταν]είας, [ἧ ὁ δεῖνα

ἐγραμμά]τευεν
πρυταν[είας. ἐκκλησία. τῶν προέδρων
ἐπεψήφ]ισεν Τ.
καὶ συμπ]ρόεδροι. ἔ[δοξεν τῷ δήμῳ.
νης Προμ[άχου εἶπεν
ἐπ]εὶ ὁ ἱερ[εὺς.
νων ἔθυε
τῷ Δι]ὶ καὶ τῇ[Ἀθηνᾷ
δε]δόχθαι τ[ῷ δήμῳ
ὑπάρχωσιν π.
τὴ]ν ἐκκλη[σίαν
Διὸς]Σωτῆρος
χρηματί]σαι, γνώ[μην δὲ συμβάλλεσθαι τῆς
βουλῆς εἰς τὸν] δῆμον.

Cf. *Demosthen.* Prooem. **54**. p. **1460**. C. I. Gr. **112**. sq. V. **5**. in *ισζεν τ* non videmus, quid aliud latere possit quam *ἐπεψήφ]ισεν Τ.* VV. **7**. et **8**. supplementa incerta. V. **10**. De ***TEI*** pro *τῇ* cf. no. **4**.

10.

		Φιλ]ωνίδης Κολων(ῆθεν		
		ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ ὑοῦ.	Η Η	*Ὑ*
υ	Η Η	*Σῶσος Ἁλαιεύς*	Η Η	*Α*
ἐξ]Οἴου	Η Η	*Ζήνων Ἁλαιεύς*	Η Η	*[Θ]ε*
Μαρ]αθ[ώ](νιος	Η Η	*Νικαγόρας Ἑρχ(ιεύς*	Η Η	*Να*
ς Μακε(δών	Η Η	*Λυσίας Κηφισιε(ύς*	Π Η	*Φιλ*
ων Ἀφιδναῖ(ος	Η	*Στράτιος Σφ[ή]ττ(ιος*	Η Η	*Αἰ*
Διόγ]νωτος Ἀλωπ(εκῆθεν	Η	*Πανσίμαχος ἐκ Κολ(ωνοῦ*	Η Η	*Κτ*
Εὐθ]ύμαχος Σωκράτου		*Πασίας Παιανι(εύς*	Η Η	*Δε*
Εὐπυρίδης	Η Η	*Σωσίβιος ἰσοτε(λής*	𐅅	*Ἱερ*
Φιλίσκος Παμβω(τάδης	Η Π	*καὶ ὑπὲρ τοῦ ὑοῦ*		*Ἱερ*
Ἀριστόλας Ἑρχι(εύς	Η Η	*Διονυσίου.*	𐅅	*Τιμ*
Θουμόριος Εὐων(υμεύς	Η Η	*Ξένων Ἀσκληπιάδου*		*Τιμ*
Ἀρισταγόρας ἐκ Κολ(ωνοῦ)	Η Η	*Φυλάσιος*	Η	*Αἰσ*
Ξ]ενοκλῆς Σφήττ(ιος	Η Η	*Ἀσκληπιάδης [Ξ]ένω-*		*Ἀλκ*
Ξάνθιππος Ἑρχι(εύς	Η Η	*νος Φυλάσιος*	Η Η	*Δημ*
Ζώπυρος Συρακ(όσιος	Η Η	*Εὐαγίδης Φιλαΐ(δης*	Η Η	*Φυσ*
Τίμων Ὀῆθεν	Η Η	*Κηφισοφῶν Ἀθμον(εύς*	Η Η	*Κηφ*
Δημόφιλος ἐξ Οἴ(ου	Η Η	*Ἄρχανδρος Ἐλευσίν(ιος*	Η Η	*Φει[δ.*
εριωτος Μελιτ(εύς	Η Η	*Χαιρεφῶν Εἰτεαῖ(ος*	Η	*Διογ*
Νικοκλῆς Φλυε(ύς	Η Η	*Ἀρίστων Παιανι(εύς*	Η Η	*Φιλι*
Νικοσθένης Φλυ(εύς	Η Η	*Ἀντίπατρος Παιαν(ιεύς*		*Πυθο*
Νικοκλῆς Κορίν(θιος	Η Η	*[Ἀμι]νοκ[ρ]ά[τ]ης Ἁλαι(εύς*	Η Η	*Ἀμοι[ρος*
Διοπείθης Φυλάσ(ιος	Η Η	*Φυρόμαχος Στε[ι]ρι(εύς*	Η Η	*Ἀριστ*
Τίμων Σφήττ(ιος	Η Η	*Αἴσχρων Παιανι(εύς*	Η Η	*Θεαίτ[ητος*

Ἀπολλόδωρος Σωγέν-		Ἀπολλοφάνης Ἀλωπ(εκῆθεν	Η Η	Ἐπι
ου Ὀτρυνεύς	Η Η	Ξωσιγένης Παιαν(ιεύς	Η	Πραξιτ[έλης
Καλλίμαχος	Η Η	Θυμοχάρης Σφήττι(ος	Η Η	Εἰρεσ[ίδης
Λύκων φιλόσο(φος	Η Η	Θεόπομπος Λαμπτρ(εύς	Η Η	Θουκρ[ίνης
Ἀλε[ξ]ι[ς Φ]υλάσι(ος	Η Η	Αὐτίας Ἀχαρνε(ύς	Η Η	Δωρίων
Ἑκαταῖος Μεσημβρι(ανός	Η Η	Θεύπομπος Αἰγιλ(ιεύς	Η Η	Λαχάρη[ς
Νικήτης Περγασῆ(θεν	Η	Λυσιθείδης Ἑρχι(εύς	Η Η	Σιμίας Δ
]οκράτης Μελ(ιτεύς	Η Η	Φιλόθεος Φρεάῤῥι(ος	Η Η	[Θεό]μ[ν]ηστο[ς
Σφήτ(τιος	Η Η	Δημόφιλος Φρεάῤῥι(ος	Η Η	Νικόμα[χος
ς Σφήτ(τιος	Η Η	Σώφιλος Κολλυτ(εύς	Η	
		Ἀριστίων Θημακ(εύς	Η	
		ος Φλυεύ(ς	Η Η	
		Εἰ[ρεσί(δης	Η	
			Η	

V. 1. potest etiam suppleri Ἀρχ] vel Κλε]ωνίδης et Κολων (εύς. — v. 4. *ΟΕ* est in lithogr. — v. 5. *ΛΟΟ* putavi esse *ΛΘΩ*, id est Μαρ]αθώ[νιος. — v. 8. potest etiam esse Ἀρί] vel Θεό]γνωτος. — v. 9. fortasse est Ἀρτ], Ἀστ] vel Εὐρ]ύμαχος. — v. 14. legi potest Δίσ]κος vel Αἰσ[χίνης, Αἰσ[-χύλος, alia. — v. 15. latet Ἀλκ[μαίων vel Ἀλκ[ιβιάδης al. — v. 17. Φυσ. fortasse est Φυσ[ωνίδης. — v. 18. fortasse est Κηφ[ίσιος, — [ισόδημος, alia. — v. 20. εριωτος est Βοιωτός. Cf. ad no. 3., 17. — v. 23. fortasse est Ἀμοί[βιχος, quod nomen extat C. I. Gr. no. 5126. — v. 24. *ΣΤΕΡΙ* pro Στειριεύς offensioni potest esse, cum ceteroquin in hoc titulo ει non *E* sed *EI* scribatur. — v. 33. potest esse Ἰσ], Νικ]οκράτης, al. — In lithogr. est *O. M. ΣΤΟ*. — Nova nomina insunt in hoc titulo Θουμόριος v. 13., Ἀριστόλας v. 9. (nisi quod Ἀριστόλαος, — λαΐδης — λέως iam aliunde novimus), Ἀμινοκράτης v. 23., quamquam Ἀμεινοκράτης iam notum, Αὐτίας v. 30. (etsi Αὐτέας notum) et Φιλόθεος v. 33. — De forma Σιμίας v. 32. cf. C. I. Gr. no. 1608, a, I. 1590, 5. *Meineke* fr. Comic. 3, p. 549. —

Titulus cum integer esset, tribus constabat ordinibus nominum propriorum, idque virorum, quorum singulis additae erant notae numeralium drachmas significantium. Atque plerumque sunt HH sive ducentae, sed vv. 7. 8. 14. 20. 27. 32. 35. 36. 38. 39 sunt H, i. e. centenae et vv. 10 et 12 sunt quingentae. Intercidit igitur pars dextra fines nominum tertii ordinis et numeralia continens. Nomina pleraque sunt civium Atticorum, iique maximam partem suis tantum et pagorum suorum nominibus significantur; versibus autem 9. 13. 15. 26. patrum quoque nomina adduntur, quod cur hic factum, in reliquis non factum sit, ignoro. Unum nomen est ἰσοτελοῦς v. 10. Peregrinorum nomina sunt quattuor v. 6. Μακε[δών, v. 17. Συρακ[όσιος, v. 23. Κορίν[θιος. v. 31. Μεσημβρι[ανός. Duo suis tantum nominibus dicuntur v. 28. Καλλίμαχος et v. 29. Λύκων φιλόσοφος, hi igitur inquilini erant. In pagorum nominibus notabilis variatio. V. 1. Κολων[ῆθεν vel Κολων[εύς, at vv. 8. et 14. ἐκ Κολ[ωνοῦ, quae hoc quidem in nomine etiam alibi reperitur; cf. *Ross.* „die Demen" p. 125. Bis vv. 2. et 11. pro se et pro filio dedisse dicitur; v. 13. sqq. Ξένων Ἀσκληπιάδου Φυλάσιος et Ἀσκληπιάδης Ξένωνος Φυλάσιος pater et filius videntur fuisse, quorum uterque suo nomine dederit; hinc id quod quasi praetereuntes monemus, in titulo ap. *Rossium* l. c. no. 14, 23. pro ητιάδης Ξένωνος Φυλάσιος apparet esse supplendum Ἀσκλ]η[π]ιάδης Ξ. Φ. —

Habemus, ni fallimur, hic indicem ἐπιδόσεων sive largitionum reipublicae oblatarum. Alia autem videtur ratio esse titulorum no. 25. 28. 30. 31. 33. sqq. 41. sqq.; quae enim in his

adscriptae sunt pecuniarum summae nominibus virorum, qui maximam partem cum magistratu aliquo vel curatione sunt, videntur *ἀπαρχαί* esse, atque illi *ἀποδεδωκέναι τὰς ἀπαρχάς*, de quibus vide no. **37.** et **40.** Tempus autem huius tituli apparet ex v. 29.; etenim qui hic memoratur Lycon philosophus, sine dubio est Peripateticus ille, qui Olymp. **120**, **1**. natus, scholae ab Olymp. **127**, **3**. per quadraginta quattuor annos praeerat (*Diogen. Laert.* **5**, **65.**) et Atheniensibus consiliis suis saepe proderat (ib. **67.**). Nihil igitur obstat, quo minus eum indicem ad idem *fere* tempus referas, in quod retulimus decretum, quod no. **5**. extat, i. e. ad Ol. **129.**, quo nisi esset distincte interdictum, ne infra quingentas drachmas offerrentur *ἐπιδόσεις*, hunc ipsum statueremus indicem esse, qui illo decreto iussus esset. Quae si vere disputavimus, iam apparet, neque qui v. **17**. nominetur *Εὐαγίδης Φιλαΐδης*, posse ipsum *Εὐαγίδην Κτησίου Φιλαΐδην* eum esse, quem titulus in C. I. Gr. no. 222. docet Olymp. **131**, **1**. choragum fuisse, sed nepotem tantum huius, neque, qui v. **31**. extet, Lacharen, eum esse posse, qui Cassandro adiuvante tyrannidem Athenarum invaserit, per Demetrium autem regem Poliorceten urbe pulsus et in Boeotia ab aliquot Boeotis interfectus sit anno fere Olymp. 120, 2. — Qui v. **8**. est *Πανσίμαχος ἐκ Κολωνοῦ* idemne sit atque is, qui in titulo ap. *Rossium* „Die Demen" No. **14**. v. **27**. *ης Πανσιμάχου ἐκ Κολωνοῦ* nominetur (titulum illum Rossius in seculum 2 dum a. Chr. refert), non magis scimus, quam qui v. 27. est *Σωσιγένης Παιαν.* sitne idem atque is, qui in C. I. Gr. no. 199. redit. — Lycon autem quod in hac tabula publica „philosophus" dicitur, id probare videtur scholae praefecturam ipsi publice quasi esse confirmatam.

11.

μερίσ]αι ἐ[ν τ]ῷ
μερίσαι τὸν ἐ[πὶ τῇ διοικήσει

Ἡ βουλὴ
τὸν ταμί- [Ἀπολλ]όδ-
αν Ἀντιφῶ- ωρον]τὸν
ντα Ἑρμ- γραμματέ]α
εῖον.

[Ἐπὶ τοῦ δεῖνος Ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Πανδιονίδος ἕκτης]
[πρυτανείας, ᾗ ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος Ἑρμεῖος ἐγραμμάτευεν]
Πο]σιδεῶνος δευτέ[ρᾳ ἱσταμένου, δευτέρᾳ τῆς πρυτανείας,
βουλὴ ἐν βουλευτη[ρίῳ· τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν ὁ δεῖνα
Φανοστράτου Φηγ[ούσιος καὶ συμπρόεδροι . ἔδοξεν τῇ βουλῇ.
Ἀρκεσίλας Σωστρ[άτου . . . εἶπεν . ἐπειδὴ οἱ πρυτάνεις
τῆς Ἀκαμαντίδος ε [ἀποφαί-
νουσιν τῇ βουλῇ τό[ν τε ταμίαν Ἀντιφῶντα Ἑρμεῖον καὶ
τὸν γραμματέα Ἀπολ[λόδωρον Κηφισιέα πεποιηκέναι ἁπάσας
τὰς καθηκούσας ἐντ[ολὰς τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δή-
μου, ἐπιμεμελῆσθα[ι δὲ φιλοτί-
μως, ἀγαθῇ τύ[χῃ, δεδόχθαι τῇ βουλῇ, ἐπαινέσαι τόν τε ταμίαν
Ἀ]ντιφῶντα Ἑρ[μεῖον καὶ τὸν γραμματέα
Ἀπ]ολλό[δ]ωρο[ν Κη-
φι[σιέα καὶ στεφανῶσαι αὐτοὺς θαλλοῦ στεφάνῳ κτλ.

Duo primi versus clausulam videntur constituere alius plebissciti, in quo *μερίσαι* habet attribuendae sive dispensandae singulis pecuniae significationem, quae in expensis de aerario publico faciendis sollemnis est; cf. *Boeckh.* C. I. T. 1. p. 148. Tum sequuntur, ni fallimur, duae coronae ab senatu quingentorum collatae et in coronis nomina coronatorum, id est quaestoris Antiphontis Hermensis et scribae Apollodori Cephisiensis, si quidem recte a nobis vv. 3. sqq. ex vv. 14. et 19 sq. emendati sunt; v. 7. quod scribitur *ΤΑ*, arbitror esse *ΕΑ* i. e. *γραμματ]έα.* — Similiter in plebisscito no. 13. quaestor et scriba coronantur (ubi vv. 10. sqq. ita conspirant cum vv. 14. 16. huius tituli, ut alteri ex alteris emendari potuerint) et fere idem fit C. I. Gr. no. 115., unde repetivi v. 12. sq. *ἀποφαί]νουσιν.* — *βουλῇ ἐν βουλευτηρίῳ* v. 8. est etiam C. I. Gr. no. 124. Praescriptionem in vv. 8. 9. derivavi ex titulo 13; sed res incertior est, cum tituli 11. et 13. diversorum possint annorum esse. —

12.

Ἐπ]ὶ Νικίου Ἄρχοντος [ἐπὶ τῆς . . . . ίδος τρίτης
πρυτανείας, ᾗ Ἰσο] ἐγραμμ-
άτευεν, Βοηδρομιῶ[νος δωδεκάτῃ, δωδεκά- (?)
τ]ῃ τῆς πρυτανεία[ς. ἐκκλησία. τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν
Σωκράτης Λεωστρά[του Ἐλευσίνιος(?)*καὶ συμπρόεδροι. ἔδοξεν*
τῇ βουλῇ καὶ τῷ [δήμῳ. ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος Περγα-
σῆθεν εἶπεν. Ἐπειδ[ὴ . . . . Νικοκ-
λέους Ἄρχοντος πρ
πάντες εὐτάκτω[ς
τῷ κοσμητ[ῇ . . . . τῇ π-
ό]λει τον
σ]τρατη[γοῦντος (?)

Quae incerta sunt, notavimus nota (?). Nicias archon erat Olymp. 121, 1., itaque quo anno titulus scriptus est, Athenienses XII tribus habebant; tertio igitur mense Attico Boedromione tertia erat prytania; diei numerum v. 3. posui, non quo eum verum crederem, sed quoniam verum ignoro, ut aliquem ponerem. — V. 2. potest suppleri *Ἰσο[κράτης*, *Ἰσό[λοχος*, *Ἰσό[δημος*, *Ἰσό[νομος*, *Ἰσό[νικος*, alia. — V. 7. *λέους* videtur *Νικοκ]λέους Ἄρχοντος* esse, qui Olymp. 119, 2. praefuit reipublicae, nam *Φιλοκ]λέους* qui Ol. 114, 2., *Ἀντικ]λέους* qui Olymp. 113, 3., *Κτησικ]λέους* qui Olymp. 111, 3., *Θεμιστοκ]λέους* qui Olymp. 118, 3. praetura functi sunt, aetate antiquiores sunt paulo. De cosmeta epheborum cf. C. I. Gr. no. 245. sqq. — De scriptura *ΤΕΙ ΒΟΥΛΕΙ* v. 6. vide quae scripsimus in no. 4. — Leostratus Eleusinius est ap. Demosth. adv. Leochar. §. 9.

13.

Supra coronam dextri lateris extat *σατ* et *ἡ βο[υλή*; intra hanc *Ἀ[πολ]λο[φά]ν[ην] Περγασῆθε*; in corona sinistri lateris est *ὁ δῆμο]ς τὸν τα[μίαν Εἰσ[ιγέν]ην.*

[Ἐπὶ τοῦ δεῖνος Ἄρχοντος],
ἐ]πὶ τῆς Πανδιονίδος ἐκτῆς πρυ[τανείας, ᾗ ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος

῞Ε]ρμεῖος ἐγραμμάτευεν, Ποσειδεῶ[νος τρίτῃ (?) ἱσταμένου, τρίτῃ (?) τῆς
πρυτανείας . ἐκκλησία κυρία ἐν τῷ θ[εάτρῳ . τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν
῞Ηρι]λλο[ς] Ἀντιπάτρου Συπαλύττιο[ς] κα[ὶ συμπρόεδροι .
ἔδο]ξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. [ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος
νου Λαμπτρεὺς εἶπεν. Ἐπειδὴ οἱ[ί πρυτάνεις τῆς .... ίδος
ἐπαινέσαντες καὶ στεφανώσαντες ἀ[ποφαίνουσιν Εἰσαγέν–
η[ν] τὸν ταμίαν, ὃν εἵλον[τ]ο ἐξ ἑ[α]υτῶν [καὶ τὸ–
ν γραμματέα Ἀπολλοφάνην Περγασ[ῆθεν πεποιηκέ–
ναι ἁπάσας τὰς καθηκούσας ἐντ[ολὰς τῆς βουλῆς
καὶ τοῦ δήμου, ἐπιμεμελῆσθαι δὲ
φιλοτίμως, ὅπως οὖν καὶ ἡ βουλ[ὴ φαίνηται
λ]ειτουργίας ἀπονεμούσας [ἀγαθῇ τύχῃ
δεδόχθαι τῇ βουλῇ, τοὺς[λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκ–
λησίαν χρηματίσαι περ[ὶ τούτων, γνώμην δὲ συμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς
εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δο[κεῖ τῇ βουλῇ ἐπαινέσαι τὸν ταμίαν Εἰσ[ιγέν]ην καὶ τὸν
[γραμματέα Ἀπολλοφάνην Περγασῆθε κτλ.

Titulum esse aetatis XII. tribuum inde apparet, quod sexta prytania in sextum mensem Posideonem cadit. Contineri autem titulo senatus auctoritatem perlatam ad plebem de coronandis et quaestore, cuius nobis nomen non constat (nisi quod ab *Εἰσ* incipere et in *ης* exire videtur, v. c. *Εἰσ[ιγέν]ης*) et scriba Apollophane Pergasensi primum duae coronae in fronte positae docent, deinde idem probant vv. 9. sq. — V. 3. diem tertium mensis posui, ut aliquem ponerem, cum verum ignoremus. — V. 4. Concio in theatro habita commemoratur etiam C. I. Gr. no. **113** et in titulo, qui est Hyrcano scriptus ap. *Ioseph.* A. I. **14**, 8, 5., quem nunc quasi obiter emendemus: *Ἐπὶ Ἀγαθοκλέους ἄρχοντος [ἐπὶ τῆς . . . . ίδος ἑνδεκάτης πρυτανειας ἧ]Εὐκλῆς Μενάνδρου Ἁλιμούσιος ἐγραμμάτευε, Μουνυχιῶνος ἑνδεκάτῃ, [ἑνδεκάτῃ]τῆς πρυτανείας, ἐκκλησίας γενομένης ἐν τῷ θεάτρῳ, τῶν προέδρων ἐπεψήφισε Δωρόθεος ἀρχιερεὺς καὶ συμπρόεδροι. [ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ] τῷ δήμῳ. Διονύσιος Διονυσίου . . . . εἶπεν.* Quae interposui, certa sunt; certum etiam est recte a me omissum esse *οἱ*, quod extet inter *καὶ* et *συμπρόεδροι*, denique post *Διονυσίου* desiderari nomen pagi. Sed redeo in viam, id est in hunc titulum de quo agitur. — V. igitur 5[to.] in lithographia est *ΛΛΟΝ*, sed pro *Ν* arbitror *Σ* extare, unde supplevi *῞Ηρι]λλος*, quamquam supplementum incertum est. — Ib. *Συπαλύττιο[ς* tandem veram nominis formam docet, cum scriptores fluctuent inter *Συπαλήττιος*, quod analogia defenditur, *Συπαλλήτιος* et *Συμπαλλητεύς*, inscriptionum autem nulla hucusque innotuerit quae integrum nomen praebeat. — V. 7. Pater rogatoris nomine erat, quod gignendi casu in *νου* exit. — V. 9. *ΕΛΥΤΩΝ* in lithographia nihil aliud esse potest quam *ΕΑΥΤΩΝ*. — V. **12**. inter *ἐπιμεμελῆσθαι δὲ* et *φιλοτίμως* intercidit memoria rei, cuius illi curam sustinuerint. — V. **17**. cf. ad no. **4**, **5**. —

14.

῾Ο δ]ῆμος	*῾Ο δ[ῆμο]ς*
τὸν κοσμ]ητὴν	*τὸν παιδο–*
ασ	*[τρίβην*

Ἑρμόδωρ[ον
Ἀμαρυσίου Ἀ[χ]αρν[έα.
Πολύευκ[τος
Λεπτίνης
Πρόμαχος
το]ξάρχα[ι

V. 6. nomen est maioribus litteris scriptum quam reliqui versus.

15.

δ]ώρου
καὶ Κ]αλλικρ-
άτης]
Κτ]ησίου
τὸν παιδο-
τρίβην
Ἑρμόδωρον
Ἑορτίου
Ἀχ[αρνέα

Tituli **14**. et **15**. alter ex altero suppleri et restitui possunt; nam in priore cosmeta et paedotriba coronantur a populo; de cosmetae quidem nomine nihil superest praeter litteras *ασ*; paedotriba autem est *Ἑρμόδωρος Ἀμαρυσίου Ἀχαρνεύς*, neque ab hoc diversus esse videtur paedotriba No. 15.; quod si verum est, oportet aut hic *Ἀμαρυσίου* pro *Ἑορτίου* aut illic *Ἑορτίου* pro *Ἀμαρυσίου* reponi; *Ἑόρτιον* nomen iam aliunde novimus; *Ἀμαρύσιον* ut nomen proprium virorum nondum repperi, sed satis defenditur analogia aliorum nominum urbium, quae in nomina virorum abierunt; cf. no. 18, v. 20. Polyeuctus Leptines Promachus videntur ephebi fuisse, qui sumptibus suis monumentum cosmetae et paedotribae faciendum curarint, eorum autem Polyeuctus, cuius nomen litteris maioribus scribitur, princeps quidam fuisse. *το]ξάρχα[ι* v. 9. si recte a me repositum est, quorsum pertineat ignoro. In principio tituli no. 15. videntur duo ephebi significari, qui eundem paedotribam ornarunt, quorum unus Callicrates est Ctesiae, de alterius nomine nihil scimus, nisi patre eum fuisse, cuius nomen in — *δωρον* exierit.

16.

δ
νε
της
ἐφηβ[εύσαντες τὸν ἑαυτῶν κοσ-
μ]ητὴ[ν Ε]ὐ[σέβην
αὐτοὺς χρ[ησίμως . . . . . φι-
λοτιμίας ἣν ἔχ[ων διατελεῖ ,ἐπαινέ-
σαι δὲ καὶ τὸν παιδ[οτρίβην τὸν δεῖνα
καὶ τὸν ἀκοντιστὴν[τὸν δεῖνα καὶ τὸν

ante Olymp. 138, 3 scriptum esse. Iam vero Eustratiades etiam ipse titulum no. 62., non plane iisdem, quibus nos (p. 21.) rationibus ductus, in aetatem belli Chremonidei sive belli ab Antigono Gonata per septem annos fere ab Olymp. 127, 4 — Olymp. 129, 3 Atheniensibus illati refert (cf. hoc de bello etiam *Droysen.* Geschichte des Hellenism. 2, 205 — 224); id si verum est, fieri sane nequit, ut huius tituli Euryclides et Micio iidem sint atque cognomines apud Polybium Pausaniamque et in tabula agonistica, sed necesse est horum maiores fuerint. Verum etsi in bellum Chremonideum quadrant imprimis, ut probavi, verba *ὅπως οὖν κατὰ λοιπὸν χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ συγκομίζωνται οἱ καρποὶ μετ' ἀσφαλείας*, at quae Athenarum fata fuerint insecutis illud bellum temporibus, adeo non constat nobis, ut eadem in aetatem XXXX annis posteriorem non quadrare vix ausim contendere; fac titulum no. 62. scriptum esse Olymp. 137., profecto causae nihil est, cur qui in eo commemorantur Euryclides et Micio non sint iidem atque cognomines Polybii Pausaniaeque et tabulae agonisticae. — Ceterum *ταμίου τῶν στρατιωτικῶν* rarissima memoria, atque antiquissima quidem est anni Olymp. 110, 3. Boeckhius (Oec. Civ. 1, 246 ed. IIda) eum magistratum coniicit Euclide praetore in civitatem receptum esse. Neque dubito quin qui v. 10. extet *ὁ ταμίας*, sit hic aerarii militaris quaestor. — V. 3. Cum tempore huius tituli Athenienses XII tribus habuerint, prytaniae igitur mensibus responderint, nono mense Elaphebolione nona fuerit prytania; hinc adieci: *ἐνάτης*. — V. 4. Graecus editor supplevit: *Ἀ[λωπεκῆθεν*, ut versus fieret XXXXVIII litterarum, quo numero sunt reliquorum plerique; at id etiam consequi licet, si *Ἁ[μαξαντεὺς* rescribatur. — V. 7. suppleri potest *Ἀγόρ]ατος*, *Ἄρ]ατος*. — V. 9. sqq. Eustr.: *Θε]όφημος Τιμοκλέους Μαραθώνιος εἶπε[ν, ὅπως ἂν χρημάτων π]ορισθέντων ἔχει* (voluit sine dubio *ἔχῃ*) *ὁ ταμίας μερίζειν τὰ[ς δαπάνας, ἵνα ἐπὶ τὸν κ]ατάλοιπον χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ συγκ[ομίζωνται οἱ ἐκ γῆς κ]αρποὶ μετ' ἀσφαλείας.* At in principio possis etiam supplere *Νικ]όφημος* et fortasse spatium vel *Ἀγλα]όφημος* vel *Ἀντι]όφημος* patitur; reliqua autem supplementa incertiora sunt, quamquam sententiam fere eam reddunt, quae desideratur. — V. 14. Praetuli supplementum Graeci editoris *ξυμβάλλε[σθαι τῆς βουλῆς ὅτι* meo *ξυμβάλλε[σθαι εἰς τὸν δῆμον ὅτι*, quod illo versus fit XLVIII litterarum, meo L; contra v. 15. eodem argumento ductus meum praetuli, quod Eustratiadis supplemento *τῶ[ν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλ]ων* versus fit XLVII litterarum, meo XLVIII. — V. 19. Reliqui supplementum editoris, quamquam pro vero non habeo; nam et *μήτε* - *μηδὲ* concinnitati officiunt et parum probabile est interdictum fuisse non minus ne quis supra quingentas quam ne infra quinquaginta drachmas dono populo offerret. — V. 20. cum Eustratiade 𐅄 scripsi pro 𐅅; reliqua huius versus supplementa mea sunt. Ille conferre iubet titulum naval. XIV. ap. *Boeckh* Urkund. üb. d. Seewes. p. 466. *εἶναι δὲ τῇ βουλῇ καὶ τοῖς πρυτάνεσιν ἐπιμεληθεῖσιν τοῦ ἀποστόλου στεφανωθῆναι ὑπὸ τοῦ δήμου*, et ad explicanda supplementa, quae acute in v. 28. contulit, componit eosdem titulos XVI, b. 155. p. 540. *τὸ δὲ ψήφισμα τόδε ἅπαν εἶναι εἰς φυλακὴν τῆς χώρας, ἐπειδή ἐστιμ περὶ χρημάτων εἰςπράξεως.* — V. 37. Haud scio an *Διο]κλῆς Ἑρχιεὺς* supplendum sit; nam si no. 65, 27. recte rescriptum est *Δρο]μέαν [Δι]οκλέους Ἑρχι[έα*, probabile est cognatione propinquos fuisse qui se in hac tabula excipiant *Δρ]ομέας Ἑρχ.* et *Δι]οκλῆς Ἑρχ.*; id enim in titulo no. 10. aliquotiens usu venit, ut filii nomen patrem excipiat.

Versus plerique ab vs. 13 — 28 sunt litterarum quadraginta octo nisi quod vv. 5. 22. et 25. habent XXXXVII, vv. 12 et 19 quadraginta quinque. — V. 30 et 31 habent XXXI litteras. Novum est, quod sciam, nomen *Φορυσκίδης* v. 4.

63.

ἀγαθῇ τύχῃ, δεδόχθαι τ]ῇ βο[υλῇ, τοὺς προέ-
δρους οἳ ἂν λάχωσιν προεδρεύειν ἐν τῷ] δήμῳ, εἰ[ς τὴν ἐπιοῦσα-
ν ἐκκλησίαν χρηματίσαι περὶ αὐτῶν, γν]ώμην δὲ ξυμ[βάλλεσθαι τ-
ῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῇ β]ουλῇ, ἐπαινέ[σαι μὲν το-
ὺ]ς σιτών[ας τοὺς σιτωνήσαντας ἐπὶ . . .] βίου ἄρχοντος καὶ στε[φ-
ανῶσαι αὐτῶν ἕ[καστον χρυσῷ στεφάνῳ] κατὰ τὸν νόμον φιλο[τι-
μίας ἕνεκα τῆς πρ[ὸς τὸν δῆμον. Εἶναι δὲ αὐτ]οῖς καὶ προεδρ[ίαν ἐ-
μ πᾶσι τοῖς ἀγῶσιν, οἷς [ἡ πόλις συντελεῖ, κα]ὶ τὸν ἀρχιτέκτο[να τὸ-
ν ἀεὶ καθιστάμενον κατανέμει[ν αὐτοῖς] τὴν θέαν. Ἐπαινέσ[αι δὲ
καὶ τὸν γραμματέα αὐτῶν Χαιρέσ[τρατον καὶ στεφανῶσαι θαλλο-
ῦ στεφάνῳ. Ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψ[ήφισμα καὶ τὰ ὀνόματα τῶν σι-
τωνῶν καὶ τοῦ γραμματέως αὐτῶν ἐν[στήλῃ λιθίνῃ τὸν γραμμα-
τέα τὸν κατὰ πρυτανείαν καὶ στῆσαι [ἐν
ιός ἐστιν, [τὸ] δὲ ἀνάλωμα τὸ γενόμεν[ον εἰς τὴν ποίησιν τῆς στή'λ-
ης καὶ τὴν ἀναγραφὴν μερίσαι τὸν τ[αμίαν τοῦ δήμου.

Ἀντιγονίδος:	Αἰγεῖδος:	[Ἀκαμαντίδος:
Χαίριππος Φιλίππου	Δεινίας Δείν[ωνο]ς	Ἱερο.
Λαμπτρεύς.	Ἑρχιεύς	
Δημητριάδος:	Πανδιονίδος:	[Οἰνηΐδος:
ρίοτος Δημοφίλου	Διοκλῆς Χαιρέου	Αὐ
]ύς	Παιανιεύς.	
Ἐρεχθηΐδο]ς:	Λεωντίδος:	

Titulum acute composuit Eustratiades ex duobus fragmentis, quorum alterum iam erat priore fasciculo no. 3. editum, alterum nunc demum publici iuris fit, cum illo autem cohaerere et ex lapidis natura perspectum est, qui Hymettius est in utroque, et ex scripturae similitudine, quae est in utroque diligenter facta *στοιχηδὸν* litteris quadratis, quarum eadem est latitudo atque altitudo, et ex *Ω* litterae forma, quae in utroque basi caret, ut facile[1]) credas eam *O* esse, id quod etiam Vs. 22. usu venit, ubi nunc demum intellectum est extare *Λεωντίδος*, denique ex argumenti affinitate, quae imprimis elucet ex versibus VIII et IX novi fragmenti collatis cum vv. V et VI antea editi; hinc etiam apparuit versum secundum huius et quintum illius fragmenti in unius versus continuitatem coniungendos esse; latitudinem versuum imprimis perspicias ex Vs. XII, atque inde intellegas esse eos quinquagenarum litterarum. Graeci editoris supplementa adoptavimus pleraque, quippe quae magnam prae se ferrent probabilitatem; quibus autem in rebus ab iis differant, quae nosmet ipsi olim proposuimus ad no. 3., cum quivis ipse videre possit, non attinet hic dicere. Atque ad *σιτώνας* ornandos pertinere titulum iam olim Keilius noster litteris ad me datis privatim monuerat[2]); ego vero quod *σιτώνας* olim statueram sacro tantum, id est sacrificiorum causa necessario, frumento emendo praefuisse, ut *βοῶναι* hostiis emendis praeerant (cf. *Boeckh.* Oecon. Civ. Athen. 1, 303.), de illis nolueram cogitare et *συσ*]*σίτων* quoddam collegium finxeram. Nunc ea sententia abiecta iam inde ab Demosthenicis temporibus ab Atheniensibus quotiens frumentum neque domesticum neque quod erat per frumentarios[3]) aliunde advectum sufficeret hominibus Atticis alendis, magistratum arbitror factum

---

[1]) Cf. vs. 2. 6. 8. 10. sqq. 14. [2]) Idem nunc monet *Bergkius* Zeitschr. f. Alterth. 1853 no. 35.
[3]) Nolui *σιτοπώλας* dicere, quippe qui non *ἔμποροι* fuerint sed potius *παλιγκάπηλοι* vel *μεταβολεῖς*.

esse *σιτωνῶν* vel extra ordinem in singulari annonae caritate, vel perpetuorum sive annuorum, nunc singulorum, nunc pro tribuum numero denorum vel duodenorum. Atque unicus et suffragiis ex omnibus Atheniensibus electus *σιτώνης* Demosthenes aliquando fuit, ut orator ipse testatur de cor. 310, 1. §. 249. *αἱρούμενος σιτώνην ἐκ πάντων ἐμὲ ἐχειροτόνησεν ὁ δῆμος.* Qui vero in hac tabula commemorantur, numero videntur duodecim fuisse, singuli ex singulis tribuum et additum habuisse scribam; nam quorum nomina leguntur infra scripta, non dubito quin *σιτῶναι* fuerint. — Tempus vero decreti recte constituit Graecus editor cadere post Olymp. 118, 2 quo Antigonis et Demetrias tribus sunt factae et ante quam Ptolemais in alterutrius illarum tribuum locum cesserit, id quod post Olymp. 125, 3 et ante 133, 3 est factum. Ni fallor, eodem fere tempore institutum est *σιτωνικὸν ταμιεῖον* sive horreum publicum frumenti Xenocle Theopompi filio Rhammnusio auctore qui etiam ipse et bis quidem i. e. duobus annis *σιτώνης* fuit, id quod ex inscriptione apparet ab Goettlingio meo Ind. Scholar Ienens. 1852|53. et ab Eustratiade, atque ab hoc quidem litteris minusculis fasc. 2 p. 3. edita, *Ξενοκλῆν Θεοπόμπου Ῥαμνούσιον εἰςηγητὴν γενόμενον τοῦ σιτωνικοῦ ταμιείου καὶ σιτωνήσαντα δὶς καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας γενόμενον τετράκις.* Iam antea aerarium quoddam constitutum fuerit frumento publice emendo, *τὰ σιτωνικά*, cuius reditus in privata potissimum ditiorum hominum liberalitate constiterint; in titulis navalibus XIII p. 439. est: *ὑπεγράψατο — ὑπὲρ Πάνθηρος τοῦ Δημονί[κ]ο[υ] Λακιάδου το[ῦ] εἰς τὰ σιτωνικὰ* XXX. ibid. p. 440. *τοῦ ἐπιδεδομένου εἰς τὰ σιτωνικὰ κατὰ τὸ τοῦ δήμου ψήφισμα παρὰ Νεοπτολέμου* — XX *καὶ Φιλιππίδης — ἐκ τοῦ σιτωνικοῦ τοῦ αὐτῷ ἐπιδεδομένου ὑπελογίσατο κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου Χ[Χ* p. 441. *ἀπὸ τοῦ ἐπιδεδομένου εἰς τὰ σιτωνικὰ κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου. Παρὰ Ἀῤῥενηΐδου.* ibid *τὸ δὲ διπλοῦν ὑπεγράψατο εἰς τὰ σιτωνικὰ τὰ ἐπιδόσιμα κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου.* p. 442. *τὸ δὲ δ. ὑ ε. τὰ σιτωνικὰ καὶ* (*καὶ* tolli iubet *Boeckhius*) *τὰ ἐπιδόσιμα κατὰ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου.* p. 496. *ὑπελογίσατο ἐξ ὧν ἐπέδοσαν εἰς τὰ σιτωνικὰ κατὰ ψήφισμα δήμου, ὃ Δημάδης — εἶπε.* ibid. *ἀπὸ τοῦ ἐπιδεδομένου Κόνων — εἰς τὰ σιτωνικὰ ὑπεγράψατο κατὰ τὸ ψήφ. τοῦ δήμου Χ καὶ ὑπὲρ Πάνθηρος τ. Δ. Λ. τοῦ εἰς τὰ σιτωνικὰ ΧΧΧ.* p. 497. *καὶ τοῦ ἐπιδεδομένου εἰς τὰ σιτωνικὰ κατὰ τὸ ψήφ. τοῦ δήμου παρ' Ἀῤῥενείδου.* p. 498. *τὸ δὲ διπλοῦν ὑπεγράψατο εἰς τὰ σιτωνικὰ τὰ ἐπιδόσιμα κατὰ τ. ψ. τ. δήμου.* Quinam alii reditus ei rei destinati fuerint, ignoramus. Tantum de universo titulo.

In singulorum autem explicatione pauca addenda habemus iis, quae supra in no. 3. scripsimus. Etenim in principio decreti quaenam desiderentur, perspici potest cum ex aliis plebisscitis tum ex huius sylloges no. 13. 64. 65. nisi quod no. 64. et 65. est *τοὺς προέδρους οἵτινες ἂν λάχωσιν προεδρεύειν,* hic autem no. 63. est *οἳ ἄν*, ut in titulo ap. *Rangabé* Vol. 2, p. 55. no. 386 et in titulo, qui Callicratidi scriptus et ex Ephemerid. Archaeol. post Clarisseum a. C. F. Hermanno (in Zeitschr. f. Alterth. 1845 no. 73., repetitus est, *τοὺς προέδρου[ς] οἳ [ἂν λάχωσι]ν προεδρεύειν, εἰς τὴν πρώτ[ην ἐκκλησ]ίαν προςαγαγεῖν αὐτόν,* ubi *οἵτινες* versus latitudo respuit, *οἳ [μελλουσι]ν προεδρέυειν* usui forensi repugnat. Simili inconstantia alibi est *τ. π. οἳ ἂν τυγχάνωσι προεδρεύοντες* (*Rangabé* p. 53. no. 385.), aut *τοὺς λαχόντας προέδρους,* veluti in C. I. Gr. no. 108. 2270. *Ross.* die Dem. no. 13. et in Ephem. Arch. no. 237., ubi rescribendum: *δ[ε]δόχ[θα]ι τῇ βουλ[ῇ] τοὺς λαχόντας προέ]δρους [ε]ἰς τὴν ἐπιο[ῦσαν ἐκκλησίαν χρημα]τίσ[α]ι περὶ τούτ[ω]ν, [γνώμην δὲ συμβάλλεσθαι] τῆς βουλῆς εἰς τὸ[ν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῇ βου]λ[ῃ]ῖ ἐπαινέσαι.* — Vs. 5. Graecus editor *σιτῶνας* et Vs. 12. *σιτώνων*; verum nomen erat *σιτώνης*, non *σιτών.* — Ibid. praetoris nomen haereo quomodo suppleam, cum lacuna sit trium litterarum cui explendae neque *Εὔ]βιος,* neque *Ἀρχέ]βιος*, aut *Οἰνό]βιος, Ζηνό]βιος, Πολύ]βιος,* reliqua sufficiunt. — Vs. 6. Eustratiades: *θαλλοῦ στεφάνῳ*; me ut hic *χρυσῷ στεφάνῳ* praeferrem, etsi Vs. 10. sq. *θαλλο]ῦ στεφάνῳ* retinui,

illud movit, quod *κατὰ τὸν νόμον* numquam, quod sciam, in *θαλλοῦ* coronae sed solius tantum in aureae coronae memoria additum reperitur; sic in titulo, qui est Hyrcano scriptus apud *Ioseph.* A. I. 14, 8, 5: *τιμῆσαι τὸν ἄνδρα χρυσῷ στεφάνῳ ἀριστείῳ κατὰ τὸν νόμον*, in decreto quod est Zenoni datum ap. *Diogen. Laert.* 7, 11. *καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ κ. τ. ν*; in C. I. Gr. no. 108. *καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ κατὰ τὸν νόμον*; *Curt.* Inscrr. Attic. no. 1. *στεφάνῳ χρυ]σῷ στεφανῶσαι κατὰ τὸν νόμον*. In titulo Syrio ap. *Ross.* Inscr. 2, 109. (C. I. II. 1061.) *στεφανῶσαι αὐτὴν χρυσῷ στεφάνῳ ᾧ πάτριόν ἐστιν ἡμῖν στεφανοῦν τὰς ἀγαθὰς τῶν γυναικῶν*. Hinc iam supra no. 4. supplevimus *στεφαν]ῶσαι αὐτὸν [χρυσῷ στεφά]νῳ κατ[ὰ τὸν νόμον* et in titulis Ephemerid. Archaeol. no. 41. explendum *καὶ στεφανῶσ[αι αὐτὸν χρυσῷ] στεφάνῳ κατὰ τὸν νό[μον*. et no. 51. rescribendum est *καὶ στεφανῶσαι ἑ]κάτερον χ[ρυσῷ στεφάνω]ι κατὰ τὸν νόμον*. Id autem non eo valet, quasi vero ubique illud additamentum accedat, ubicunque aurea memoretur corona; immo sat multi tituli illo carent, qui huius habent memoriam. In marmore Tenio C. I. Gr. no. 2333. est *στεφανῶσαι τῷ ἐκ τοῦ νόμου στεφάνῳ*. Lex autem de aurea corona qualis fuerit, ignoramus. — Vs. 10. post *στεφανῶσαι* desideratur *αὐτόν*, id autem versus spatio non admittitur. — Vs. 13. Supplementum quod et rei conveniat et spatio explendo sufficiat, mihi non succurrit; ab sententia non ineptum fuerit, quod nuper proposui, *στῆσαι ἐν [τῇ ἀγορᾷ ὅπου ἔθ]ος ἐστί*. Eustratiades locum, ubi collocandus fuerit lapis, non procul ab Iovis vel porticu vel simulacro abfuisse ratus in *ιος* latere coniecit *Δ]ιός*. — Vs. 15. addidi *τοῦ δήμου*. — Vs. 20. Eustratiades: *Ἐ]ρίωτος*; me nondum poenituit coniecturae *Βο]ιωτός*. — Vs. 21. Idem valde incerta coniectura: *Μελιτε]ύς*, ut no. 62 sit *Ἐρίωτος Μελιτεύς*, quamquam non idem in utraque tabula significetur. — Vs. 22. supplementum meum est, vv. autem 16. et 19. *Bergkii* sunt.

N°. 64.

Ἐπὶ μ]ήδο[υ ἄχοντος, ἐπὶ τῆς ίδος
τρίτης πρυταν]είας, ᾗ [ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος — σιος
ἐγραμμά]τευεν, [Βοηδρομιῶνος ὀγδόῃ ἱσταμένου,
ὀγδόῃ τῆς πρ]υταν[είας. ἐκκλησία. τῶν προέδρων
ἐπεψήφ]ισεν Τ
καὶ συμπ]ρόεδροι. ἔ[δοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δή-
μῳ . . . .]νης Προμ[
εἶπεν. ἐπ]εὶ ὁ ἱερ[εὺς τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος . . . .
νων ἔ[θ]υε[ν τὰς θυσίας τῷ Δι-
ὶ τῷ Σωτῆρ]ι καὶ τῇ [Ἀθηνᾷ τῇ Σωτε]ίρᾳ, ἀγα[θῆ-
ι τύχῃ δε]δόχθαι τ[ῇ βουλῇ τοὺς π]ροέδρους, οἵ-
τινες ἂν λ]άχωσιν π[ροεδρεύειν ἐν τ]ῷ δήμῳ, εἰς
τὴν πρώτη]ν ἐκκλησ[ίαν προσαγαγεῖ]ν τὸν ἱερέα τ-
οῦ Διὸς τοῦ] Σωτῆρο[ς ἐν ἱεροῖς [κ]α-
ὶ χρηματί]σαι, γνώμ[ην δὲ ξυμβάλλεσ]θαι [τ]ῆς βουλ-
ῆς εἰς τὸν] δῆμον, ὅ[τι δοκεῖ τῇ βουλ]ῇ, τὰ μὲν ἀ[γ]α-
θὰ δέχεσθ]αι τ[ὰ γεγονότα ἐς]ον, ἃ ἀπαγγέλ-
λει ὁ ἱερεὺς γεγονέναι ἐν τοῖς ἱερ]οῖς οἷς ἔθυε-
ν ἐπὶ τύχῃ καὶ σωτηρίᾳ τῆς βουλ]ῆς καὶ τοῦ δή-
μου] . . . . σ τηιηριαι
. . . . . δήμου καλῶς

ἐπαινέσαι δὲ τὸν ἱερέ]α τοῦ Διὸς το-
ῦ Σωτῆρος ἐκ Κερ]αμέων καὶ στε-
φανῶσαι αὐτὸν θαλλοῦ στεφάνῳ ε]ὐσεβείας ἕνε-
κα τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ φιλοτι]μίας τῆς εἰς τ-
ὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, ἀναγράψα]ι δὲ τόδε τὸ ψή-
φισμα τὸν γραμματέα τὸν κατὰ π]ρυτανείαν ἐν στ-
ήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι πρὸς τ]ῇ στοᾷ τοῦ Διό-
ς. Εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλ]ης μερίσ[αι το]ὺ[ς
ἐπὶ τῇ διοικήσει.]

Composuit titulum Eustratiades ex duobus fragmentis, altero iam supra no. 9. edito, altero postea reperto, quae inter se cohaerere et lapidis natura et scripturae forma et ipsa res docuerit; utrumque enim Hymettii esse lapidis, utrique scripturam esse *στοιχηδὸν* sed paullo neglegentius factam aberrante lapicida aliquotiens in utroque; prius repertum videri sinistri, nunc additum dextri esse lateris, versum illius decimum convenire cum secundo versu huius, singulos autem versus fuisse XXXVIII litterarum.

Vs. 1 — 4 Graecus editor fere intacta reliquit; nos, etsi praetoris, tribus, mensis nomen non minus quam prytaniae numerus et dies mensis atque prytaniae plane ignorantur, tamen ut constaret imperitioribus, quae fere desiderentur, posuimus quae saltem et versuum spatio et Macedonicorum temporum rationi convenirent, in quae incidere titulum ipse monet editor; tum enim dies et prytaniae et mensis plerumque iidem erant. Praetoris nomen Vs. 1. fuit ex compositis *μήδεσθαι* verbi, quorum cum magnum esse agmen videre liceat ex *Papeo* p. 21. et *Keilio* Inscrr. Boeot. p. 70., valde incertum est, quod editor reposuit *Καλλιμ]ήδου*. — Vs. 4. Eustratiad.: *κυρία ἐκκλησία*. — A vs. inde sexto supplementa Graeci editoris pleraque retinui, nisi quae plane repugnarent forensi consuetudini. Vs. 7. Ille *Πρό[μοιρος*; verum innumera alia eodem sunt loco. — Vs. 8. Idem *εἶπεν. ἐπειδὴ] ὁ ἱερεὺς*, id quod sane usitatum est; at *ἐπεὶ* quoque, quo lapidis vestigia ducunt, reperitur nonnumquam in decretis post *εἶπεν*, veluti in C. I. Gr. no. 2059. 4302, a in Add. Vol. 3. p. 1136; Atticum exemplum mihi non in promptu est. — Ibid. addidi de meo *τοῦ Διὸς τοῦ] Σωτῆρος*. Namque Servatoris cognomine (cf. *Gerhardi* mei Prodromus 57. 116. sqq.) sane praeter Iovem alii quoque dii ferebantur; sic, ut his utar, Neptuni illud cognomen post barbarorum stragem ad Artemisium apud Graecos communi in usu fuisse testatur *Herodotus* (7, 192.) quamquam apud alios scriptores eius memoria non reperitur, quod sciam; Aesculapius *Σωτὴρ* multis locis colebatur, quorum nonnullos recenset *Keilius* noster Inscrr. Boeot. p. 92, quibus addo Pessinuntem (C. I. Gr. Vol. 3, p. 1111 no. 4082, b.), Opuntios (ibid. no. 1755.), Siciliam (ibid. 5747.), Romam (ibid. 974.), Troiam (ibid. 3577.) et urbem nescio quam, cui tribuendus est titulus no. 6753. *Ἀσκληπίῳ Περγαμηνῷ, Ὑγείᾳ, Τελεσφορίωνι, θεοῖς Σωτῆρσι*; Dioscuri eo cognomine dicuntur in titulo Attico no. 489. *Σωτήροιν ἀνάκοιν τε Διοσκούροιν*, et fortasse ad eosdem spectat no. 2852., ubi Seleucus rex donaria quaedam *θεοῖς Σωτῆρσι* consecrasse dicitur ad Milesios missa in Didymaeo collocanda; Hercules in titulo Romae reperto no. 5988. *θεὸς σωτὴρ* dicitur; Bacchus *Σαώτης* erat apud Troezenios et Lernaeos (*Pausan.* 2, 31, 5. 37, 2.); Apollo *Σωτὴρ* (*Aristid.* 26. 583. p. 511. Dindorf.) apud Syrios (C. I. no. 4458). Antigonum et Demetrium, quos Athenienses per aliquot annos ut *Σωτῆρας* coluerunt et si quos alios reges similis Graecorum adulatio ornavit, sciens praetereo. At multo latius patebat *Διὸς Σωτῆρος* (*Gerhard.* Prodrom. p. 51. 917. sq.) religio cum apud omnes [1]) Graecos, quippe qui in conviviis tertium eumque novissimum *κρητῆρα* ei deo miscere

[1]) Apud Thespienses signum erat aeneum Iovis *Σαώτου*, cui illud cognomen singulari ex opportunitate inditum esse dicitur (*Pausan.* 9, 26.); illi num nihilominus coluerint Iovem *Σωτῆρα*, non constat, at non est improbabile.

soliti sint, tum apud Athenienses, qui pluribus locis signa arasque et templa ei exstruxerunt, (Piraeensem eius dei aedem ab Conone factam esse coniecit C. O. *Muellerus* de Phid. vit. p. 6.) et praeterquam quod quotannis ultimo anni die *Διϲωτήρια* agebant (cf. *Id.* Eumenid. p. 187. sqq.) etiam aliis in opportunitatibus aut soli aut una cum Minerva Sospita ei rem divinam faciebant; cf. *Demosthen.* prooem. 54. et infra no. 65. Neque, nisi vehementer fallor, singulari *Σωτῆρος* nomine apud Athenienses alius deus atque Iuppiter significabatur. Hinc non dubium est, quin et idem deus recte in hac tabula vv. 9. 14. 23. repositus atque eiusdem Servatoris in porticu (vs. 28.) columna collocari iubeatur. Etenim Iuppiter, ex cuius simulacro vicina porticus dicebatur, et *Σωτὴρ* et *Ἐλευθέριος* audiebat (*Harpocr.* v. *ἐλευθέριος Ζεύς.*), unde fit ut Cononis Euagoraeque statuas Isocrates (Euagor. 57. Orat. 9. p. 200.) ibi *ὅπου τὸ τοῦ Διὸς ἄγαλμα τοῦ Σωτῆρος*, Pausanias (1, 3, 2.), ubi *ἕστηκε Ζεὺς ὀνομαζόμενος Ἐλευθέριος* collocatas esse dicant, quae porticus in Ceramici urbani aditu erat. Ceterum de deabus quae *Σώτειραι* dicebantur, vide in no. 65. — Vs. 13. sqq. Supplementa editoris *προςαγαγεῖν τὸν ἱερέα — τοῦ Σωτῆρο[ς πρὸς τὸν δῆμον] ἐν ἱεροῖς [κ]α[ὶ χρηματί]σαι* parum idonea sunt; neque enim fieri potest ut verbis *ἐν ἱεροῖς* significetur „dum de rebus sacris cum populo agitur," neque *καὶ χρηματίσαι* forense est sed potius *χρηματίσαι περὶ τούτων*, neque legitimum est, quod ille v. 16. sq. intulit *τὰ μὲν ἀγαθὰ δέχεσθαι τὰ γεγονότα εἰς τὸν δῆμον*, certe nequaquam respondet iis, quae aut in C. I. Gr. no. 112. sq. extant, quibus iam ipse editor testimonium denunciavit, *τὰ μὲν ἀγαθὰ δέχεσθαι τὰ γεγονότα ἐν τοῖς ἱεροῖς οἷς ἔθυον ἐπὶ τύχῃ καὶ σωτηρίᾳ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου*, aut in Ephemer. Archaeol. no. 189., ubi rescribo: *περὶ τ]ο[ύ]των, γνώμην δὲ [ξυμβ]άλλε[σθαι τῆς βουλ]ῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ [τῇ βουλῇ, τὰ] μὲν ἀγαθὰ δέχεσθαι, ἅ φασιν [γεγονέναι ἐν] τοῖς ἱεροῖς, οἷς ἔθυον ἐφ' ὑγι[είᾳ*, ibid no. 284, quae hunc in modum videntur redintegranda: *δεδόχθαι τῇ βουλ[ῇ τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπ]ιοῦσαν ἐκκλησίαν χρηματίσαι [περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι τῆ]ς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῇ β[ουλῇ τὰ μὲν ἀγαθὰ δέχεσθαι ἃ λέ]γουσιν γεγονέναι οἱ θεωροὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς [οἷς ἔθυον ὑπὲρ τῆ]ς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου καὶ π[αί]δων καὶ γυναικ[ῶν.* Neque quod Eustr. v. 19. posuit *τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου* legitimum est, neque quod vs. 20. *εἰςιτήρια* rescripsit, cuius nomine ab eo ablegamur ad *Boeckhium* (C. I. Gr. no. 1392.) et ad *C. F. Hermannum* (Staatsalt. §. 127, 2.), apparet quorsum valeat, aut perspicitur quomodo ex litteris superstitibus *σ τηιτηριαι* efficiatur, quae potius *εὐε]τηρίᾳ* vel *σ[ω]τηρίᾳ* significare videntur. — Denique vs. 21. reposuit editor *καλῶς [καὶ δικαίως*, sufficiens illud quidem explendo spatio sed mediocriter, ut ne ipsum quidem fugit, consuetudini quae potius *καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς* aut *δικαίως καὶ φιλοτίμως* postulat.

65.

Θ[εοῖς . . . . . . Ὀ(λυμπίοις.
Ἐπὶ Γλα[υκ . . . . . ἄρ]χοντος ἐπὶ τῆ[ς . . . . . ἰδο-
ς δωδεκ[άτης πρυτα]νείας, ᾗ Εὔθοιν[ος . . . . κ-
ρίτου . . . . ς ἐγραμμάτευεν [Σκιροφ-
οριῶ[νος δεκάτῃ ὑσ]τέρᾳ, τρίτῃ κα[ὶ εἰκοσ-
τῇ [τῆς πρυτανείας, ἐκ]κλησία, τῶν προ[έδρων
ἐ[πε]ψή[φισεν ὁ δεῖνα Κη]φισίωνος Ἁγν[ούσιο-
ς] καὶ σ[υμπρόεδροι. ἔδοξεν] τῇ βουλῇ κ[αὶ τῶ-
ι] δήμῳ, Ἀρ . . . . ττι[ος εἶπεν.
Ἐπειδὴ ο[ἱ

θυσ]ίας τῷ [Διῒ τῷ Σωτῆρι καὶ τ]ῇ Ἀθη[νᾷ τη-
ῖ Σω]τείρα[ι ἐπεμε]λήθησα[ν.
ο]ί ἱερ ς ἐπεμελήθη[σαν
ν δε νης καὶ τῆς κ-
μη [ἀγαθη]ῖ τύχῃ δεδόχ-
θα]ι τ[ῇ βουλῇ, τοὺς προέδρου]ς οἵτινες ἂν λ-
άχωσιν προεδρεύειν ἐν τῷ δήμ]ῳ, χρηματίσ-
αι περὶ τούτων, γνώμην δὲ συμβά]λλεσθαι τῆς
βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκε]ῖ τῇ βουλῇ ἐ-
παινέσαι Ἀ]λαιέα, Ἐπικύδη-
ν] λῆν Ὀνομάστου
που Ἀθμονέα, Κα-
λ]έοντα Παντα-
Γειτονίδου Ἀ-
κτη [Μ]αραθώνιον, Πρ-
Ἀφιδν[αῖ]ον, Χάριππον Δ-
Δρο]μέαν [Δι]οκλέους Ἐρχι-
έα. Πα]ιανιέ[α], Μενεκλῆν Χ . . .
καὶ] στεφανῶσαι ἕκαστ[ον
αὐτῶν θαλλοῦ στεφάνῳ] εὐσεβ[είας ἕνεκα τῆ-
ς πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ φ]ιλοτιμί[ας τῆς εἰς τὸ-
ν δῆμον], ἀναγράψαι [δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν γρ-
αμματέ]α τὸν κατὰ π[ρυτανείαν ἐν στήλῃ λιθί-
νῃ κα]ὶ στῆσαι ἐ[ν εἰς δὲ τὴν ἀναγ-
ραφὴν] τῆς στήλ[ης μερίσαι τὸν ταμίαν τοῦ δή-
μου ΔΔΔ] δρα[χμάς

Editoris supplementa retinui, quae quidem paulo certiora viderentur. At vs. 1. ille *Γλα[υκίππου*, ubi possis etiam *Γλα[υκέτου, Γλα[υκίου, Γλα[υκίδου, Γλα[ύκου, Γλα[ύκωνος* et *Γλα[υκωνίδου* non minore probabilitate coniicere. — Vs. 2. ille coniecit *Δημοκ]ρίτου* *Φανοκ]ρίτου* vel simile aliquid; nam nominum propriorum quae sunt composita vocis *κριτός*, *Papeus* p. 21 sat magnum affert numerum, ut *Ἀγορακ], Ἀνθεμοκ], Ἀριστοκ], Εὐθυκ]ρίτου*, alia multa coniici possint. — Vs. 3. pagi nomen, quod post — *κρίτου* intercidit, fuit fortasse *Παλληνεύ]ς*; certe in titulo navali X, e. 69. est *Εὔθοινος Παλληνεύς*. — Vs. 3. sqq. Eustratiades: *Σκιροφ]οριῶ]νος . . . δευ]τέρᾳ, τρίτῃ κα]ὶ εἰκοσ]τῇ [τῆς πρυτανείας.* Verum *δευτέρᾳ* neque spatio explendo sufficit neque aut sermonis usui aut rei convenit. Titulus aetatis est $\overline{\text{XII}}$ prytaniarum, in qua exceptis annis intercalaribus dies prytaniarum sibi et mensium respondebant; dies igitur vicesimus tertius duodecimae sive ultimae prytaniae non poterat multum abesse ab die $\overline{\text{XXIII}}$ ultimi mensis, id est Scirophorionis; quod nos reposuimus, *Σκιροφ]οριῶ[νος δεκάτῃ ὑσ]τέρᾳ* et versui explendo sufficit, nam versus huius tituli videntur singuli litteras $\overline{\text{XXXV}}$ continuisse; vide vs. 5. 7. 10. 15 — 17; et rei aptissimum est. Extat enim fere idem in titulo, quem *E. Curtius* de portub. Athenar. p. 46. edidit, *Σκιροφοριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας*, quem in locum docuit Curtius allatis grammaticorum testimoniis apud Atticos *δεκάτην ὑστέραν* eundem diem dici, qui apud alios Graecos *πρώτη καὶ εἰκάς* dicatur. Quod autem in hac tabula $\overline{\text{XXI}}$ dies ultimi mensis non cum $\overline{\text{XXI}}$ sed cum $\overline{\text{XXIII}}$ die ultimae prytaniae componitur, simile quiddam est in decreto apud *Diogen. Laert.* 7, 10: *Ἐπ' Ἀῤῥενίδου ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος*

πέμπτης πρυτανείας, Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, notabili illo etiam eam ob causam, quod ipsum quoque non minus continet *δεκάτην ὑστέραν*; sed ibi etiam componuntur prytaniae quintae dies XXIII et mensis quinti dies XXI. Itaque anno Glauc. . . praetoris ultimae prytaniae initium in diem XXVIII vel XXVIIII mensis undecimi sive Thargelionis, Arrhenidae autem anno quintae prytaniae initium in diem XXVIII vel XXVIIII Pyanopsionis incidebat. Illud licet eo explicare, quod annus Glauc. praetoris intercalaris fuerit XIII mensium; eandem explicationem possis etiam adhibere tum decreto Callicratidis causa facto, in quo cum ultimo die Scirophorionis dies XXXIVtus prytaniae, tum rogationi Antonio Oxylo scriptae, in qua dies XXVIII tertii mensis Boedromionis componitur cum die XVto tertiae prytaniae (cf. quae scripsi in *Rossii* lib. „Die Demen" p. VIII. et *Boeckh.* Ueb. zwei attische Rechnungsurkund. p. 28. sq.), at in decretum sub Arrhenida scriptum ea explicatio nequaquam cadit ideoque videndum, sitne ibi *πρώτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας* pro *τρίτῃ* rescribendum. — Vs. 8. Eustratiades: *Σφή]ττι[ος*, sed eadem probabilitate suppleveris *Γαργή]ττι[ος, Κή]ττι[ος, Συπαλή]ττι[ος*. — Vs. 9. sqq. Idem: *ἐπειδὴ ο[ἱ . . . ἱεροποιοὶ ἔθυσαν τὰς θ]υσίας τῷ [Διὶ τῷ σωτῆρι καὶ τ]ῇ Ἀθη[νᾷ τῇ σω]τείρ[ᾳ σεμνοπρεπῶς, ἐπεμελ]ήθησα[ν . . . τοῦ] ἱερ[οῦ . . . . .] ἐπεμελήθη[σ]αν δὲ [καὶ . . . .] νης καὶ τῆς κ[οσ]μή[σεως τῆς τραπέζης* et Vs. 19. *ἐ[παινέσαι τοὺς ἱεροποιοὺς* atque in adnotatione subiecta lapidis meminit in Arch. ephem. no. 369. editi, ubi extet *ἐπεμελήθησαν δὲ καί τῆς ἐπικοσ[μήσεως τῆς τ]ραπέζης*. At vero ad *ἱεροποιοὺς* coronandos pertinere titulum iam eam ob rem dubium, quod cum saltem XIII coronati fuerint in titulo, quorum singuli ex suis patrumque et pagorum nominibus significabantur, iste numerus non apparet quomodo in *ἱεροποιοὺς* conveniat; nam decem sorte factos *ἱεροποιοὺς* et tres suffragiis electos *ἱεροποιοὺς τῶν σεμνῶν θεῶν* eam in rem copulare absonum fuerit. Neque *σεμνοπρεπῶς* in rem sacram faciendam quadrat, sed potius *εὐσεβῶς* vel simile quiddam. — Ceterum fallitur Eustratiades, quod Minervae Sospitae et sacrificii ei oblati hic primum arbitratur memoriam esse repertam; immo iam ab *Lycurgo* c. Leocr. p. 148. §. 17. commemoratur *τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος καὶ Ἀθηνᾶς τῆς Σωτείρας*, atque solo *Σωτείρας* nomine Atheniensibus imprimis Minervam dici evincere studui in commentat. alter. de Aristoph. Ran. p. XII. Fortasse latet eius deae nomen etiam apud *Demosthen.* in prooem. 54. p. 1460: *ἐθύσαμεν τῷ Διὶ τῷ Σωτῆρι καὶ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τῇ Νίκῃ*; nam hoc loco cum alia Minerva non significari videatur atque Sospita, fortasse ipsum *τῇ Σωτείρᾳ* intercidit. — V. 17. Eustratiad. et hic et no. 64. rescripsit *ξυμβάλλεσθαι*, quod in lapide extat no. 62, 14. 63,4 huius sylloges et in Ephem. Arch. no. 371., *συμβαλλ.* est C. I. Gr. no. 85, b. 2270. et in Ephem. Arch. no. 370. — V. 19. Idem tum *ἐ[παινέσαι τοὺς ἱεροποιοὺς* tum verba *Ἁ]λαιέα, Ἐπικύδῃ* singulares versus efficere iussit. — V. 20. Eustrat.: *ὀνομαστοῦ*; quod reposui *Ὀνομάστου* scimus nomen proprium fuisse apud Atticos (C. I. Gr. no. 871.), apud Boeotos (cf. *Keilii.* Inscrr. Boeot. p. 39.), apud Rhodios (Mus. Rhenan. 1845. p. 171. *Ross.* (2, 111. no. 43.) Etiam in C. I. Gr. no. 32. legendum videtur *Ἐπίτυϊς Ὀνομάστου*. — V. 22. latet fortasse *Πανταλ]έοντα Παντα[κλέους*. — Vs. 23. Coniici potest etiam *Διο], Ἀριστο], Θεο]γειτονίδου* vel aliud simile. — Vs. 24. Eustrat.: *Φιλο]κτή[του*, sed potest etiam reponi *Πολυ]κτή[του, Κτη[σίου, Εὐ]κτή[μονος*, alia. — V. 26. *Δρομέαν Ἑρχιέα* monet editor redire etiam no. 62, 36; alioquin possis etiam coniicere *Προ]μέα* vel *Ἐρετ]μέα Νι[κο]κλέους*; atque *Προμεύς* fortasse reddendum est etiam titulo ap. *Ross* „Die Demen" p. 53. no. 22., ubi editum est *Προνεύς*. — Vs. 34. Eustratiades monet expleri posse *ἐ[ν τῇ ἀγορᾷ*; sed versus spatium admittit etiam *ἐ]ν τῇ πόλει*, vel *ἐ[ν τῷ τοῦ Διός*, versus sic vel XXXIV vel XXXVI litterarum fuerit. — Vs. 34. Graecus editor: *μερίσαι τὸν ἐπὶ τῇ διοικήσει*. Cf. quae scripsimus Vit. Lycurg. p. CXII.

N°. 66.

I.

A.

Ἄρχ. Δ]ιομ(εύς.
Βασ. Ὀλυμπι]όδωρος Ἀχα(ρνεύς.
Πο]λ. Εὐπόλεμος Προς(πάλτιος.
Θ]εσμοθέται:
Δ]ημοκλῆς ἐκ Κολω(νοῦ.
Ποσείδιππος Παιανι(εύς.
Ἀλκιβιάδης Λευκον(οεύς.
Δίφιλος Ἀχερδούσι(ος.
Λυσικλείδης Ῥαμν(ούσιος.
Θεόδωρος Ἀλωπεκ(ῆθεν.
Ἄρχ. Λεωχάρης Παλλ(ηνεύς.
Β]ασ. Φιλοκράτης Παια(νιεύς.
Πο]λ. Φιλωτάδης Φυλά(σιος.
Θ]εσμοθέται:
Σ]ωφάνης Κυδαθηνα(ιεύς.
Ἀρχέμαχος Φηγαιε(ύς.
Ἀγα[θ]οκλῆς Κικυννε(ύς.
Ἡ]γησίας Φλυεύς.
Θ]ρασυμήδης Ἀνακαι(εύς.
Καλλίστρατος Φαλη(ρεύς.
Ἄ]ρχ. [Θ]εύφιλος ἐξ Οἴου.
Βασ.] Πρόξενος Ἀφιδν(αῖος.
Πολ.] Θέωρος Θριάσιο(ς.
Θε]σμοθέται:
Φίλαγρος Κο[θ]ωκίδη(ς.
Εὔβουλος Λαμπτρεύ(ς.
Εὔδημος Παιανιεύς.
Ἱεροκλῆς Παιονίδη(ς.
Δ]ημόστρατος Φλυεύ(ς.
Σόφιλος Ἀμφιτροπῆ(θεν.
Ἄρχ. Ἐ]ργοχάρ[η]ς Σφήτ(τιος.
Βασ. ὁ δεῖνα]
Πολ.] Κήττι(ος.
Θεσμοθέτ]αι:
ιμος Λαμπτρε(ύς.
Λ]αμπρίας Θοραιεύς.
κοιφρέων Παμβωτά(δης.
Ε]ὐφίλητος Φλυεύς.
Μ]νησί[θ]εος Κόπρειος.
Λυσίστρατος Ῥαμνού(σιος.
Ἄ]ρχ. Νικήτης Σκαμβων(ίδης.

B.

ης Ἀναφ(λύστιος.
Ἄρχ.] ς Ἑρχιε(ύς.
Βασ. Φιλι[ππ]ίδης Κεφ(αλῆθεν.
Πολ. Οἰνό[φιλ]ος Παιον(ίδης.
[Θ]εσμοθ[έ]ται:
Ναυσίας Ἀτηνεύ(ς.
Δημοκλῆς [Σ]υβρίδη(ς.
Προκλείδ[η]ς Ἀγγε(λῆθεν.
Ἀ[θ]ήνιππο[ς] Ἀφιδν(αῖος.
Δρομοκλῆ[ς] Πι[θ]εύ(ς.
Ἡρώδης Φ[αλ]ηρεύ(ς.
Ἄρχ. Διοκλῆς Κυδαθ(ηναιεύς.
Βασ. [Θ]ράσων....ρ....
Πολ. Αἰσχρίων
[Θ]εσμοθέται:
Θεοκλῆς ἐγ [Μ]υῤῥι(νούττης.
Λίνδος [Β]ερ[ε]νικίδ(ης.
Ἀρχικλῆς [Θο]ρίκιο(ς.
Ματρέας Λακιάδης.
Δημόκριτος Συπαλ(ήττιος.
Χαιρέας Παλληνε(ύς.
Ἄρχ. Εὐφίλητος Προβ(αλίσιος.
Βασ. Ναυκράτι[ος] Ἀμα(ξαντεύς.
Πολ. Καλλικλῆ[ς] Ἀχαρ(νεύς.
Θεσμοθέται:
Κλεόδημος Κυδαθη(ναιεύς.
Ἀπολλόδωρος [Λ]αμπ(τρεύς.
Δημήτριος Βε[ρ]ενικ(ίδης.
Κιχησίας Αἰξ[ω]νεύ(ς.
Λεύκασπις Φα[λ]ηρε(ύς.
Παντακλῆς Π[α]λλη(νεύς.
Ἄρχ. Ἡράκλειτο[ς Ἀ]θμο(νεύς.
Βασ. [Θ]ηραμέ(νης
Πολ.
[Θ]εσμοθ(έται:
Ἀγαθοκλῆς
Σίμων Κο
Ἡρακλείδ[ης
Εὔνικος Σ
Ἄδμητος Π
Ἄνδρων Ἀμ.

Β α]σ. Ξενόφαντος Κειρι(άδης
Πο]λ. Θεότιμος Λαμπτρ(εύς.
Θ]εσμοθέται:
Σωκράτης Θοραιεύς.
Καλλιτέλης Πλωθεύ(ς.
Θ]ράσων Κικυννεύς.
Λ]ύσανδρος Ἀχαρνε(ύς.
Ἡγησίνικος Φλυεύς.
Προσκάμανδρος Ἀλωπεκ(ῆθεν.
Ἄρχ. Ἀντίφιλος Ἀφιδν(αῖος.
Β]ασ. Δωρόθεος Ἱπποτο(μάδης.
Π]ολ. Πρωτομένης Εἰτε(αῖος.
Θ]εσμοθέται:
Εὐθύλοχος Γαργήττι(ος
Ἀντίπατρος Περγασ(ῆθεν.
Μητρόδωρος Ἀθμονε(ύς.
Δρωπίδης Κήττι[ος.
Φιλιππίδης.
Θεόπομπ[ος.

II.

ης Ἁλαιε(υς.
]ακλείδης Πτελεά(σιος.
Αἰνέας Ἁμαξαντεύ(ς
Εὔμηλος Οἰναῖος.
Ἄρχ. Μενεκράτης Ὀῆθ(εν.
Βασ. Αἰνησίδημος Συπ(αλήττιος.
Π]ολ. Κλεομέδων Ἀτην(εύς.
Θ]εσμοθέται:
Ἱέρων Αἰ[θ]αλίδης.
]πισιος [Ἀν]ακαι(εύς.
]κλείδης Φιλαΐδ(ης.
]ς Κήττιος.
]ς Αἰγιλιεύς.
Τρικορύσι(ος.
Ἄρχ.] ων Ἀλωπε(κῆθεν.
Βασ.] ν. Κολλυ(τεύς.
Πολ.] ς Ῥαμν(ούσιος.
Θεσμοθέται]:
Δειραδ]ιώτης.
αι

Hunc titulum acute concinnavit Graecus editor ex quattuor fragmentis lapidum, quorum unum iam erat priore fasciculo no. 18. editum (conferas imprimis cum prioribus XII versibus no. 18. priores tredecim no. 66. I. B. atque idem valet etiam in versus no. 18, 15 — 27 collatos cum no. 66, 18 — 32), tria reliqua nunc demum accedunt eaque ita comparata, ut eorum duo quidem cum prius edito coniungi potuerint, unum non potuerit. Omnia autem eiusdem esse tituli Eustratiades inde intellexit, quod eorum nullum non lapidis est Hymettii; quod omnia litteras paulo neglegentius neque *στοιχηδὸν* scriptas habent; quod argumento eodem sunt. Continent enim indicem novenorum archontum. Videri autem titulum sic fuisse adornatum, ut ab sinistro latere A. inciperetur et ubi id esset plenum nominibus, transiretur ad dextrum B; hinc factum, ut in sinistro non superesset, in dextro superesset vacuum spatium; eadem re verisimile fieri, ut fragmentum, quod numero II. notavimus, cohaeserit cum sinistro, neque vero cum dextro latere. Maxime vero dolendum est, quod initium tituli interciderit, unde fit, ut ne illud quidem diiudicari possit, fragmentum II. utrum ante initium an post finem fragmenti I. A. locum habuerit. Sed non plane abiicienda videtur spes fore, ut aliquando e tenebris dias ad luminis auras eruantur quae integriorem reddant titulum. Titulum no. 25. non cohaesisse cum hoc no. 66. iam supra monui.

Quae nunc edita sunt, complectuntur indicem IX praetorum per XIII annos ita comparatum, ut praetorum nominibus nomina pagorum subiungantur, quibus illi adscripti erant; est autem index paucorum tantum annorum plane integer, in reliquis plus minusve mancus, ut modo unius alteriusque praetoris, modo demotici, modo utraque memoria interciderit. Annorum seriem continuam esse probabiliter statuit Eustratiades; qui autem sint anni, non patere; nam etsi tria, quae hic legantur, eponymorum nomina in fastis nostris redeant, et Theophilus quidem (A, 23.) Olymp. CVIII, 1, Nicetas (ib. 43.) Olymp. CXII, 1,[a]) Diocles (B, 12.) Olymp. XCII, 4 et CXXIII, 2: at de illorum annorum eponymis hic agi non posse, id apparere ex reliquorum eponymorum cohaerentibus nominibus; addo idem evinci pago Berenicidarum, qui B, 17. et 28. adscriptus est; nam hic pagus cum traxerit nomen ex Magae filia, Ptolemaei III. Euergetae uxore, uti auctor est Stephanus Byz., fieri nequit, ut ante Olymp. CXXX in civitatem receptus sit; illo fere tempore Ptolemaeus II. Philadelphus cum Maga fratre Cyrenaicae praefecto ea lege pacem composuit, ut Magas unicam filiam, parvam tum virginem filio suo Ptolemaeo in spem regni educato desponderet; cf. *Droysen* Hellenism. II. 247. sq. Romanis dominantibus titulum antiquiorem esse recte statuit editor; certe nullum inest Romanum nomen; eundem posteriorem esse anno Olymp. CXXX, 1 etiam inde apparet, quod Olymp. CXXX, 1 Arrhenidam, CXXVIII, 3/4 Pithodemum, CXXIX, 1 Diognetum scimus vel probabile est cum summo fuisse magistratu, quibus nominibus haec caret tabula. Eius igitur quod quidem servatum est initium, Olympiade CXXX posterius, finis autem Romanorum imperatoribus prior est. Editor ulterius progressus tabulam intra annos 220 et 146 a. Chr. sive intra Olymp. CXXXVII, 4 et CLVIII factam esse vult, quod non habeo quo vel probem vel refellam. —

Scripturae ea est per omnem tabulam aequalitas, quae non patiatur ut singulis annis novorum IX archontum nomina adiecta esse statuas, sed omnem indicem eodem tempore factum esse oportet. Qua autem auctoritate, publicane an, ut Parium marmor, privata, et quo consilio adornatus sit index et quibus auctor eius subsidiis sit usus, omnino non constat. Demetrii Phalerensis *ἡ τῶν Ἀρχόντων ἀναγραφή*, ut *Diogeni Laertio* (1, 22 et 2, 7), *οἱ Ἄρχοντες*, ut liber *Marcellino* dicitur (Vit. Thucyd. §. 32. p. 6, 22. Bekk.), sine dubio ad Atticos archontas

---

a) In titulo, qui primum anno 1839 in Ephem. Archaeol. no. 328, dein 1851 ab Rossio in Mus. Rhen. VIII, 126. no. 12. editus est et Romanis dominantibus scriptus videtur, extat *Πυλωροὶ οἱ ἐπὶ Νεική[. . . ἄρ]χοντος*. Huius autem etsi quis fuerit annus ignoramus, at multo posterior esse videtur Niceta tituli no. 66.

pertinuit; at fuit, ni fallimur, annalium argumento, ut et solos eponymos omissis reliquis octo praetoribus poneret et adderet quidquid memorabilium rerum singulorum in praetura esset factum; idem valet etiam in Phaniae Eresii librum de prytanibus Eresiorum. Philochori Atheniensis liber *περὶ τῶν Ἀθήνησι ἀρξάντων ἀπὸ Σωκρατίδου μέχρι Ἀπολλοδώρου* etsi parum liquet sitne cum Ioh. Gerh. Vossio et Siebelisio pro Atthidis parte habendus, an, quae est Boeckhii (Ueber den Plan der Atthis des Philochor. p. 5. sq.) sententia, ab hac diversus fuerit, et quid omnino de libri argumento statuendum sit, at illud satis constare arbitror, aliquid eum amplius continuisse quam exilem eponymorum ab Olymp. CI, 3 ad Olymp. CXV, 2 pertinentem indicem; fortasse aut omnes comprehendit, quicumque illis annis apud Athenienses cum imperio vel magistratu fuerunt, aut singulis eponymis additas habuit res memorabiles. Stesiclidae Atheniensis librum *Ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφήν Diogenes Laert.* qui unus eum (II, 56) in vita Xenophontis commemorat, satis probat annales fuisse eosque sic comparatos ut singulis Olympicis annis et Attici eponymi et res memoratu dignae quae sub illis praetoribus factae essent adderentur. Haec igitur tabula neque cum Demetrii neque cum Philochori neque cum Stesiclidae libro componi potest, sed sui generis plane unicum est exemplum. Etiam ab fastis consularibus sive capitolinis, quibuscum eam Eustratiades comparavit, aliquantum differt; certe, ni fallimur, propius accedit ad libros linteos sive libros magistratuum, de quibus conferas, si tanti est, novissimum rerum Romanarum scriptorem *Schwegler* (Röm. Gesch. I, 1. 17).

Athenienses annos ex praetoribus eponymis non eadem semper ratione designabant, immo IV fere modi distingui possunt; aut enim I. solum praetoris nomen ponebant; aut II. addebant eius demoticum; aut III. patris adiiciebant nomen; aut IV. utrumque et patris et demoticum nomen adscribebant.

I. Atque prima quidem ratio, quae antiquitus sola obtinuit, duplicem refert formam; earum prior est: *ἐπὶ Ἀψεύδους ἄρχοντος*, rarius *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀψεύδους* vel *Ἀψεύδους ἄρχοντος* vel *ἄρχοντος Ἀψεύδους* (cf. *Franz* El. Ep. p. 320.); alteram reperimus in tabulis victoriarum ex ludis musicis reportatarum *Ἀδείμαντος ἦρχε* (*Plutarch.* Themist. 5. *Schol. Hermog.* p. 410: *Ἦρχε μὲν Ἀδείμαντος Ἀθηναίοις, ὅτ' ἐνίκα κτλ.*), *Εὐαίνετος ἦρχε* (C. I. Gr. 221.) ex Olymp. 111, 2., *Εὐθύκριτος ἦρχε* (ib. 222.) ex Olymp. 113,1., *Πυθάρατος ἦρχεν* (ib. 225,3.) ex Olymp. 127,2. Nonnumquam, veluti in vasis Panathenaicis, est nominativus, non ille qui dicitur, absolutus, sed cui *ἦν* ad integritatem deest, veluti *Ἄρχιππος ἄρχων, Ἡγησίας ἄρχων* (cf. *Franz* C. I. Gr. T. 3. p. IV.), *Ἄρχων Πυθάρατος* (*Pseudo-Plutarch.* X. Oratorr. p. 276. H.). Homonymi distinguuntur nonnumquam addito antecessoris nomine *ἐπὶ Διονυσίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Παράμονον*, ut in tabula Deli Atticae *ἐπὶ Διονυσίου τοῦ μετὰ Λυκίσκον ἄρχοντος*; cf. *Boeckh* C. I. Gr. T. I. p. 156. T. II. p. 241. Atque haec ratio ne extremis quidem temporibus plane omissa est; sic, ut his utamur exemplis, *ἐπὶ βασιλέως Ῥοιμητάλκα ἄρχοντος* (C. I. Gr. no. 262. *Ross.* die Demen no. 10.) Rossio iudice ex a. u. c. 724. Olymp. 187, 4; *ἐπὶ Μιθριδάτου ἄρχοντος καὶ ἱερέως Δρούσου ὑπάτου* (C. I. Gr. no. 264.) ex a. u. c. 768 — 776. s. Olymp. 199, 4 — 201 — 4, in quem titulum id quasi praeteriens animadvertendum arbitror, sacerdotium Drusi consulis cum praetore eponymo non solum C. I. no. 264. et no. 181. ubi est *Ἄρχων καὶ ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου Ξένων Μεννέου*, sed etiam in Ephem. Archaeol. n. 59. *Κόϊντον Τρεβέλλιον Ῥοῦφον Κοΐντου υἱὸν Λαμπτρέα — Ἄρχοντα ἐπώνυμον ἐν Ἀθήναις καὶ ἱερέα Δρούσου ὑπάτου καὶ ἱερέα Εὐνοίας καὶ Εὐκλείας διὰ βίου* atque ita coniungi ut illud sacerdotium appareat non minus annuum fuisse quam eponymi magistratus, cum sacerdotium Eucliae et Eunoeae perpetuum fuerit. Sed redeo in viam. C. I. Gr. no. 266. est *ἐπὶ Μητροδώρου ἄρχοντος* ex Claudii aetate; ibid. no. 267. *ἐπὶ Διον]υσοδώρου ἄρχ.* ex Olymp. 208, 1. a. u. c. 803.; ibid. no. 274. *ἐπὶ Κλ. Ἀττάλου ἄρχ.* non ante Vespasiani imperium; no. 269. *ἐπὶ Λευκίου Οὐιβουλλίου Ἱππάρχου ἄρχ.* ex Traiani vel Hadriani, no. 263.

ἐπὶ Λυκομήδους ἄρχ. ex Hadriani aetate. Verum ad homonymos distinguendos additur ea aetate nonnumquam *νεωτέρου* vel *πρεσβυτέρου*, veluti C. I. 395. *ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιφῶντος τοῦ πρεσβυτέρου*, qui titulus M. Aurelio Imperatore non antiquior est; *ἐπὶ Ἀντιπάτρου νεωτέρου ἄρχοντος* in titulo Attico, quem Rossius edidit in A. L. Z. 1844. p. 651; *ἄρχοντος Ἀθήνησι Νικαγόρου τοῦ νεωτέρου* ap. *Marin.* Vit. Procl. c. 26. p. 28. ed. Boisson. id est anno 485. p. Chr.

II. Demoticum additur. Antiquissimum, quod quidem noverim, exemplum est in Ephem. Arch. no. 24: *Κ]αλλίας Ἀγγελῆθεν ἦρχεν,* quem titulum Graeci editores referunt in annum Olymp. 100, 4. Philochorus (apud *Dionys. Hal.* ad Amm. p. 734. 741. sq.) igitur quod eponymos annorum Olymp. 107, 4. 110, 1 et 110, 2 sic designat: *Καλλίμαχος Περγασῆθεν, Θεόφραστος Ἁλαιεύς, Λυσιμαχίδης Ἀχαρνεύς*, id ille neque inaudito fecit exemplo neque contra omnem forensem consuetudinem (*Boeckh.* üb. d. Plan. d. Atth. d. Philochor. p. 22.). Sed Romanorum imperatorum aetate longe frequentior erat illa annum designandi ratio, veluti C. I. Gr. no. 190. *ἐπὶ ἄρχοντος Μ. Βαλερίου Μαμερτίνου Μαραθωνίου* (aetate Antoninorum); ibid. no. 353. *Ἐ. ἀ. Φλ. Διογένους Μαραθωνίου* (p. Chr. 198.); ib. no. 182. *Ἐ. ἄ. Τινηΐου Ποντικοῦ Βησσέως* (*Corsinus* hunc refert in Olymp. 236, 1. a. u. c 947., in indice rectius circa eum annum scribit cum magistratu fuisse); ib. no. 268. *ἐπὶ Δειδίου Σεκούνδου Σφηττίου ἄρχοντος.*; ib. no. 270. *ἐπὶ τῆς Γαΐου Ἰουλίου Κασίου Στειριέως ἀρχῆς*; ib. no. 272, A. *Ἄρχων Γ. Ἰούλιος Κασιανὸς Ἀπολλώνιος*; 227. B. *ἐπὶ ἄρχοντος Μεμμίου Ἐπὶ βωμῷ Θορικίου*; ibid. no. 273. *ἐπὶ ἄρχ. Κλ. Ἡρακλείδου Μελιτέως* (non ante Hadriani aetatem); ibid. 275. *Ἐ. Ἄ]....λου Παλληνέως*; ibid. no. 425. *ἐ. ἄ. Τιτ. Ἀνρ. Φιλήμονος Φιλάδου* (sic enim ibi pro *Φιλαΐδου* scribitur); *Lucian.* Iudic. Vocal. 1. id imitatus est *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου Φαληρέως.* Non huc pertinere credo C. I. Gr. no. 379. *Εὐμολπίδαι τὸν ἄρχοντα Μ. Ἰούλιον Ἀπελλᾶν Μαραθώνιον υἱὸν Μ. Ἰουλίου*; nam illic non eponymus sed *ἄρχων τοῦ γένους Εὐμολπιδῶν* videtur significari. —

III. Patris nomen adiicitur. *Aristotel.* Meteorol. 1, 6. *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλέους τοῦ Μόλωνος.* Non huc pertinent C. I. no. 206. *ἄρχοντος ..]ωνίδου τοῦ Φιλίνου.* ibid. no. 205, b. *ἄρχοντος Σίμ[ου τοῦ Εὐκ]ράτου*, quod tituli non Attici sed Tenii sunt.

IV. Demoticum et patris nomen adiiciuntur, veluti C. I. Gr. no. 477. *ἐπὶ ἄρχοντος Νικίου τοῦ Σαραπίωνος Ἀθμονέως* (Augusto imper.). Ibid. no. 478. *ἐπὶ ἄρχοντος Ἀρήου τοῦ Δωρίωνος* (sic enim scribendum) *Παιανιέως*. *Ross.* Die Dem. no. 6. *ἐπὶ Ἀρείου τοῦ Δωρίωνος Παιανιέως ἄρχοντος τῆς πόλεως* (post a. u. 727. a. Chr. 27.) Ibid. p. VII. *Ἐπὶ Τίτου Κοπωνίου ἱεροκήρυκος υἱοῦ Μαξίμου Ἁγνουσίου ἄρχοντος.* Eph. Arch. no. 344. *Ἐπὶ] Ἄρχοντος Σαλλουστια[νοῦ τοῦ Ἀπελ]λίωνος Φλυέως* (Hadriano imper.?). C. I. no. 180. *ἐπὶ ἄρχοντος ἱερέως Μητρὸς Θεῶν καὶ Ἀγαπητοῦ Ἀὐρ. Διονυσίου τοῦ Καλλίππου Λαμπτρέως* (Antoninor.) Ibid. no. 276. *ἐ. Ἄ. Φιλοτείμου τοῦ Ἀρκεσιδήμου Ἐλευσίου* (Commodo imper.). Ibid. 194. *ἐ. Ἄ. Ἀθηνοδώρου τοῦ Ἀσμένου τοῦ καὶ Ἀγρίππα Ἰταίου.* (Scribendum videtur *Εἰτεαίου* aut certe *Ἰτεαίου*, ut est tum apud Harpocrationem et reliquos lexicographos tum in titulo gymnast. C. I. Gr. no. 275.). —

Atque haec in universum. Quae singulatim monenda videantur, admodum pauca sunt. Etenim I. A. 39. in *κοιφρέων* litteras *οι* paululum confusas, reliquas autem perspicuas esse testatur editor; quid autem ibi lateat, sibi non constare; nihilominus coniicio: *Νι]κο[κ]ρέων.* — B, 4. spatium non videtur plus duas litteras pati; hinc coniecerim: *Οἰνό[βι]ος.* — B. 12. Graecus editor *Ἡρωΐδης*; scripturam *Ἡρῴδης* ut *Ἡρῳδιανὸς* et lapides tuentur C. I. Gr. 2197, c. 3155. et vindicavit *Meinekius* in Poet. Choliamb. pag. 151. sq.; hinc etiam in titulo Lesbio ap. *Ross.* inscr. ined. 2, 197. malim *Ἡρῴδας* quam *Ἡρωΐδης.* — II. 2. Editor supplevit

ʽΗρ]ακλείδης, sed potest etiam coniici ʼΑγ]ακλείδης et fortasse sufficit spatium vel recipiendo Παντ]ακλείδης aut ʼΟνομ]ακλείδης. — Ibid. v. 10. Ille supplevit ʼΈλ]πισ[τ]ος, possis etiam coniicere Χαρ]ίσιος vel Κηφ]ίσιος. —

Nomina propria, quae nondum aliunde novi, sunt I. A. 51. ʽΗγησίνικος; ib. 52. Προσκάμανδρος; ib. 55. Πρωτομένης; ib. 57. Εὐθύλοχος (nisi fuit Εὐρύλοχος). — De pagorum nominibus memorabile est v. 54. ʽΙπποτομάδαι, quae forma etiam extat in titulo ap. *Ross* „die Demen“ p. 38. no. 11, 10; nam Stephanus Byz. habet ʽΙπποταμάδαι.

Cum hac ex tabula tot primum innotuerint eponymi archontes Atheniensium eorumque numerus iam antea ex repertis, qui *Corsinum* latuerant, titulis non mediocriter auctus sit, visum est e re esse Corsinianum illorum indicem mente perlustrare et tum iis nominibus liberare, quae Corsinus minus recte inter archontas eponymos retulerat, tum augere iis, quae apud illum desiderantur. Verum eorum archontum, qui usque ad annum Olymp. 121, 2 illum magistratum ceperunt, indicem Corsiniano rectiorem iam *Clintonus* aliique praebent atque adeo receperunt libri scholasticis usibus destinati, veluti *C. F. Hermanni* liber egregius de antiquitatibus Graecis. Illam igitur indicis partem in praesentia omittimus, quamquam ne in illa quidem iam omnia cum pulvisculo, quod dicitur, congesta sunt, sed hic quoque vel in nominibus emendandis vel in annis assignandis superest, in quo industria et acumen se exerceant, veluti nuper ex tabula, quae litteraturam Euclide priorem refert, et in Ephem. Arch. no. 1204. bis p. 740. et hoc ipso anno (1853) p. 830. edita est, v. 25. cognovimus ἐπὶ Γοργοίνου ἄρχοντος, quo nondum mihi constat quid faciam. Nostra igitur opera in eorum archontum nominibus continebitur, qui post Olymp. 121, 2. hunc magistratum obtinuerunt.

Africanus (ap. Euseb. Chron. p. 47.) ab Creonte primo annuorum archontum ad Philinum sive ad Olymp. 249, 4. (cf. *Boeckh.* in C. I. Gr. Vol. 2. p. 307.) usque, quo quidem anno Gratus Sabinianus et Seleucus consules fuerint, nongentos tres archontas fuisse scribit: *ἀφʼ οὗ ἐπὶ τὴν διακοσιοστὴν πεντηκοστὴν ʼΟλυμπιάδα ʼΆρχοντες ἐννακόσιοι καὶ τρεῖς μέχρι Φιλίνου, καθʼ ὃν ὑπάτευον ʽΡωμαίων Γρᾶτος Σαβινιανὸς καὶ Σέλευκος.* Hi autem consules, qui sine dubio significantur etiam in titulo C. I. Gr. no. 4472. *ὑπάτων Οὐ[λπί]ου Γράτου καὶ Οὐετ[ιλί]ου Σελεύκου*, cum imperio fuerunt a. u. 974. p. Chr. 221. Credibile est igitur ab Atheniensibus ultra illum annum archontas eponymos aut omnino non amplius factos esse aut extra ordinem tantum; alioquin non apparet, cur ei potissimum anno illam notam adscripserit Africanus. Sane *Corsinus* in Fastis Atticis (4. p. 188. sqq. ind. p. 8.) septem eo anno posteriores archontas habet. Eorum vero quattuor facile tolli possunt. 1. *Flavium Pryladem Corsinus* (1, p. 380. 4, p. 8.) ad Olymp. 277. refert, at deceptus erat prava scriptura tituli C. I. no. 373. *Φλαβίου Πρυλάδου ʼΆλου διασεμνοτάτου ʼΆρχοντος*, ubi nunc emendatius extat: *Φλαβίου Πομ. Δᾳδούχου τοῦ διασημοτάτου καὶ ἀπὸ κομίτων.* — 2. *Constantinum Magnum* Corsinus Olymp. 276, 1 adscribit, verba autem *Iuliani* (Orat I. p. 8.), quibus Corsinus (4, p. 192.) testimonium denunciat, *Βασιλεὺς γὰρ ὢν καὶ κύριος πάντων στρατηγὸς ἐκείνων* (i. e. *ʼΑθηνῶν*) *ἠξίου καλεῖσθαι*, luculenter probant non archontis sed strategi dignitatem in illum ab Atheniensibus collatam fuisse. — 3. *M. Ulpium Eubiotum* ex C. I. Gr. no. 378. *τὸν λαμπρότατον ʽΥπατικὸν καὶ ἐπώνυμον ἄρχοντα Μ. Οὔλπ. Εὐβίοτον Λευ. [υ]ὸν Γαργήττιον Corsinus* (2, 157.), quod alucinatus non diversum fuisse statuit ab M. Ulpio Crinito consule a. u. c. 1012. p. Chr. 259., eponymum coniecit fuisse Olymp. 259, 4. p. Chr. 257; Boeckhio titulus videtur Hadriano imperatore esse scriptus. — 4. Valde autem incertus

est *Theagenes*, quem quod Suidas s. v. scribit *Θεαγένης Ἀθηναῖος ἄρχων*, *Corsinus* (4, 201. sq.) anno p. Chr. 500 sive Olymp. 320 eponymum fuisse suspicatur. Mihi enim hic *ἄρχων* nomen latius patere eoque illud unum significari videtur Theagenem apud Athenienses cum aliquo magistratu fuisse. Reliqui sunt igitur tres; 1) *Gallienus*. Trebell. Poll. in Gall. XI: „*Cum tamen sibi milites dignum principem quaererent, Gallienus apud Athenas archon erat, id est summus magistratus, vanitate illa, qua et civis adscribi desiderabat et sacris omnibus interesse.*“ *Corsinus* (4, 189.) eum adscribit anno Olymp. 261, 1. p. Chr. 265. a. u. c. 1018, id quod valde incertum est. Nam inter annos u. c. 1006 (p. Chr. 253), quo Valerianus Gallienum filium imperii consortem declaravit et 1021 (268), quo interfectus est Gallienus a militibus, dubius haeseris. — 2) *P. Herennius Dexippus*. In C. I. Gr. no. 380. est *Πο. Ἑρέν. Δέξιππον Πτολεμαίου Ἕρμειον* atque eius in honoribus commemoratur *τὸν ἄρξαντα τὴν τοῦ βασιλέως ἐν θεσμοθέταις ἀρχὴν καὶ ἄρξαντα τὴν ἐπώνυμον ἀρχήν*. Hinc *Corsinus* (4, 190.) eum adscripsit anno Olymp. 262, 1. p. Chr. 269. a. U. c. 1022. Atque circa eum annum Herennius Dexippus rerum scriptor cum Atheniensibus, quibus praeerat, Gothos vicit (*Treb. Pollio* Gallien. 13.); ab quo esse etiam patri statuam positam apparet ex titulo, quem Rossius meus edidit in Allg. Litt. Zeit. 1838. Mai I. Bl. p. 248. no. 9. *τὸν κήρυκα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς Πο. Ἑρέννιον Πτολεμαῖον Ἕρμειον Ἑρέννιος Δέξιππος ὁ κράτιστος τὸν πατέρα σὺν τοῖς ἀδελφοῖς*; ad eiusdem autem familiam titulus quoque pertinet, quem Rossius ibid. Iun. p. 323. edidit.: *Πο. Ἑρεννίου*. Verum illud notabile in titulo no. 380. non dici *τὸν ἐν θεσμοθέταις ἄρξαντα τήν τε τοῦ βασιλέως καὶ τὴν ἐπώνυμον ἀρχήν*; nam ut nunc verba collocata sunt, non videtur, qui ibi dicitur eponymus magistratus, in numero thesmothetarum sive novem archontum fuisse sed ab his imperium plane seiunctum habuisse. (cf. C. I. no. 283, 20.) Ceterum verba *ἄρξαντος τὴν ἐπώ[νυμον ἀρχὴν* extant etiam in titulo no. 423. et ibid. no. 320. suppletum est *ἐπὶ τῆς...... Βη]σαιέως ἐπωνύμ[ου ἀρχῆς*. — 3) *Nicagoras iunior*. *Marinus* Vit. Procl. c. 36. *ἐτελεύτησε δὲ τῷ δʹ καὶ κʹ καὶ ρʹ ἔτει ἀπὸ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας ἄρχοντος Ἀθήνησι Νικαγόρου τοῦ νεωτέρου κτλ.* Proclum igitur obiisse scribit anno CXXIIII post imperium Iuliani; quod quum videatur de anno intellegendum, quo Iulianus apostata imperium suscepit — factum est illud anno u. c. 1114. p. Chr. 361. — *Corsinus* (4, 200.) Nicagoram iuniorem anno u. c. 1238 p. Chr. 485. archonta fuisse recte suspicatur. At vero Nicagoram de numero antiquorum eponymorum fuisse non certo apparet ex Marini verbis. Verum ut sint tres hi loci de antiquis eponymis intellegendi, statui nihilominus potest post Olymp. 249, 4 non amplius ordinarios fuisse archontas eponymos sed nonnumquam quotiens de insignibus in aliquem conferendis honoribus actum sit, extra ordinem veteri more eponymum archonta factum esse, neque vero eum cum reliquis thesmothetis amplius in collegium coisse. —

Sed Africanus quod a Creonte ad Philinum nongentos tres fuisse scribit archontas, non illud rerum vel tabularum fide niti videtur sed sola coniectura eaque, si quid video, non vera; nam ille numerus sic demum verus esset, si archontes singulis annis numquam non facti essent; at aliquando nullum fuisse archonta eponymum tum *Phlegon. Trallian.* de mirabilib. c. 24. docet, ubi verba *ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Δομετιανοῦ Καίσαρος τὸ ἔνατον καὶ Πετιλίου Ῥούφου τὸ δεύτερον, ἐν Ἀθήναις ἀναρχίας οὔσης* probant anno Olymp. 215, 3. p. Chr. 83. a. u. c. 836. Athenienses eo archonte caruisse, tum idem evincunt tituli C. I. Gr. no. 193. et 191., in quibus anni non ex suis sed ex praecedentium annorum archontibus significantur *ἐπὶ τοῦ μετὰ Τεινήϊον Ποντικὸν ἄρχοντα ἐνιαυτοῦ, τοῦ μετὰ Μαμερτεῖνον ἄρχοντος* (debebat esse *ἄρχοντα*) *ἐνιαυτοῦ*, id quod non aliter explicari posse, quam quod illis ipsis annis nullus archon eponymus fuerit, recte statuit *Boeckhius* Vol. I. p. 323.

Iam vero removenda erunt primum omnium quaedam nomina, quae Corsinus aliique indici eponymorum eius aetatis non recte inseruerunt. Sic 1) quod *Lucianus* (iudic. vocal. c. 1.) ha-

bet ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου Φαληρέως Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου γραφὴν ἔθετο τὸ Σίγμα πρὸς τὸ Ταῦ κτλ. *Corsinus* (2, **104**. et **4**, **165**.) *Aristarchum Phalereum* in fastos Atticos retulit et Olymp. 222, 1. adscripsit. At ut omnis illa γραφὴ ridicula est, ita archontis quoque nomen non videtur serio accipiendum sed illusisse Lucianus claro grammatico, etsi hic natione Samothrax erat. —

2) *Aristionem*, ut scriptores plerique, sive *Athenionem*, ut unus Posidonius ap. Athenaeum (5, p. **211**, d. sqq.) eum dicit, novimus ab Mithridate, ad quem missus erat legatus, reversum, Athenienses contra Romanos concitasse et tyrannide Athenarum occupata in optimos quosque civium saevisse, ab Sulla autem in urbe arceque obsessum et ad deditionem coactum esse. Eum vero *Corsinus* ut adscriberet (2, **101**. 4, **117**.) anno Olymp. 173, 1. archonta, proprio Marte, quod dicitur, fecit; nam cum eponymi dignitatem ab illo susceptam esse veterum nemo memoriae mandaverit, Posidonius Athenaei (213, e. εἵλοντο τὸν Ἀθηνίωνα στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων) nominatim praetorem hoplitarum eum creatum esse narrat. Coniectura igitur Corsini eo nititur, quod Posidonius (Athen. 213, d.) Athenionem dicentem facit, τί οὖν, εἶπε, συμβουλεύω; μὴ ἀνέχεσθαι τῆς ἀναρχίας, ἣν ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος ἐπισχεθῆναι πεποίηκεν, ἕως αὐτὴ δοκιμάσῃ περὶ τοῦ πῶς ὑμᾶς πολιτεύεσθαι δεῖ. Illic enim Corsinus „ἀναρχίας" „nomine Eponymi praesertim Archontis defectum ab Atheniensibus appellari" vult, atque hinc concludit tum Novemvirum dignitatem a Romanis sublatam atque ab Athenione restitutam tum huic eponymi magistratum Atheniensium suffragiis attributum esse; quod vero adiiciatur ap. Athen. συγκατέστησεν (Ἀθηνίων) ἑαυτῷ τοὺς ἄλλους ἄρχοντας, ὧν ἠβούλετο ὑποβαλὼν τὰ ὀνόματα „id non alia ratione clarius intellegi posse, quam si Athenion ipse eponymus archon civium suffragio constitutus, octo archontes alios elegerit, qui Συνάρχοντες merito nuncupentur," „ut apud Lysiam (orat. 25)." At vero apud Athenaeum ne extat quidem τοὺς συνάρχοντας sed τοὺς ἄλλους ἄρχοντας atque omnino quam vana illa sit coniectura, iam inde apparet, quod Posidonius post illa verba τί οὖν συμβουλεύω — πολιτεύεσθαι δεῖ paucis versibus interiectis narrat πολλῶν οὖν καὶ ἄλλων τοιούτων λεχθέντων ὑπὸ τοῦ οἰκότριβος συλλαλήσαντες αὑτοῖς οἱ ὄχλοι καὶ συνδραμόντες εἰς τὸ θέατρον εἵλοντο τὸν Ἀθηνίωνα στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων. Athenionis igitur oratio non eam vim apud Athenienses habuit, ut se eponymum archonta sed imperatorem hoplitarum eligerent. Neque ἀναρχίας vocabulum ea qua Corsinus voluit potestate accipiendum est sed de turbato rei publicae statu intellegendum. —

3) *Vaillantius* nummum edidit, in cuius antica caput et nomen Vespasiani, in adversa Palladis caput cum epigraphe *ΕΠΙ ΑΤΕΛΙΑΝΟΥ ΑΘΗΝΑΙΩΝ*. Hinc *Corsinus* (**4**, **159**.) coniecit *Atelianum* eponymum fuisse archonta inserendumque fastis a. Olymp. **214**, **1** p. Chr. **77**. U. c. **830**. At nummum illum vidit neque post Vaillantium quisquam neque ipse Vaillantius, qui auctorem modo excitat Franciscum Camelum; apparet inde, quam dubia sit ipsius nummi fides; cf. *Eckhel*. D. N. 2, 220. Verum ut sit nummi certior fides, quod Corsinus scribit „quem ergo potius in hoc Atheniensium nummo designari putabimus, quam eponymum urbis archontem, cum et nomen Graecum sit et ad proconsulem vel Romanum magistratum alium referri non possit", iam eo concidit, quod Atelianum nomen, ni fallor, in utroque sermone plane inauditum est, etsi „Atellium" certe ex Latinis inscriptionibus novimus (*Gruter* p. **231**. **858**, **13**: **961**, **11**.), ut Ἀτελλία extat in C. I. Gr. no. **3395**; itaque probabile est in nummo fuisse *ΑΤΕΔΙΑΝΟΥ*; C. Atedium habemus ap. *Gruter* **902**, **13**., C. Plotium Atedianum ib. p. **627**, **3**. Denique nomina virorum in nummis Atheniensium obvia sane alii archontum annuorum, alii autem voluerunt praefectorum monetae esse, vel virorum illustrium; eaque res adeo incerta est, ut *Eckhelius* (l. c. p. **212**.) scribat: „omnibus accurate expensis video nihil probabile adferri posse." —

4) In C. I. Gr. no. **320**. extat Βη]σαιέως ἐπωνύμ[ου, no. **614**. autem Τιβερίου Κλαυδίου Θεμιστοκλέους Βησαιέως. *Corsinus* (2, **160**. **4**, **152**.) hoc ex titulo illum redintegran-

dum ratus, Tiberium Claudium Themistoclem Besaeensem eponymum fuisse archonta et fastis circa Olymp. 205. inserendum esse suspicatur, quae coniectura quam sit vana, non attinet docere, cum et Besaeenses praeter Themistoclem illum alii multi fuerint et ne illud quidem constet, titulus no. 320. quomodo explendus et quam in partem ἐπωνύμου verbum ibi accipiendum sit. —

5) In C. I. Gr. no. 339. est Ἀδριανὸν Ὀλύμπιον ἡ Μητρόπολις τῆς Ἰωνίας Μιλησίων πόλις — ἐπιμεληθέντων τῆς ἀναστάσεως τῶν περὶ Τι(βέριον) Ἰούλιον Μάκερα γενομένων ἀρχόντων. *Corsinus* (2, 164. sqq. 4, 169.), quod statua illa Athenis fuerit excitata, *Tiberium Iulium Macrum* archonta eponymum Atheniensium fuisse coniecit et anno Olymp. 227, 1mo adscripsit, quem, ut *Boeckhii* verbis utar, res ipsa docet *Milesium* fuisse magistratum. —

6) In C. I. Gr. no. 2295. est Γάϊος Γαΐου Ἀχαρνεὺς ἱερεὺς γενόμενος ἐν τῷ ἐπὶ Ναυσίου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ. *Corsinus* (4, 141.) hinc *Nausiam* archonta eponymum statuit fuisse Athenis et Olympiadi 188. adscribit. At ut titulus, ita magistratus est Deli Atticae, non Athenarum. —

7. 8. et 9) Idem valet de *Lycisco* eiusque successore *Dionysio*, quos *Corsinus* l. c. Athenis archontas eponymos vult fuisse motus titulo C. I. Gr. no. 2296. Γάϊος Γαΐου Ἀχαρνεὺς ἱερεὺς γενόμενος — ἐν τῷ ἐπὶ Διονυσίου τοῦ μετὰ Λυκίσκον ἐνιαυτῷ. Nam hic quoque et magistratus et titulus eiusdem est Deli Atticae, et titulus quidem ex Boeckhii sententia non multo post Olymp. 152^am^ scriptus. —

9) *Lucium Bulaei, Equitum Magistri filium* archonta fuisse statuit *Corsinus* (2, 177. 4, 169.) et Olympiadi fere 227^tae^ adscripsit, motus titulo C. I. Gr. 269, vel potius prava scriptura deceptus; neque enim verum est Ἐπὶ Λευκίου τοῦ Βουλαίου ἱππάρχου ἄρχοντος sed quod Boeckhius edidit, Ἐπὶ Λευκίου Οὐιβουλλίου Ἱππάρχου ἄρχ, secutus ille titulum C. I. Gr. no. 376. Οὐιβούλλιον Ἵππαρχον Μαραθώνιον τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως. Itaque eponymus significatur *L. Vibullius Hipparchus*; cf. infra v. Ἵππαρχος. —

10, 11 et 12) *Hicesium Theogenis filium Sphettium* archonta fuisse coniecit *Corsinus* (4, 181.) et Olympiadi adscripsit 236^tae^; nititur ille titulo C. I. Gr. no. 191., in quo inest ἐπώνυμος Ἱκέσιος Θεογένους. At Ἱκέσιος non erat ex urbis sed ex prytaniae eponymis, quos *Boeckhius* (C. I. Gr. Vol. I. p. 315. 323,) quasi vices gessisse heroum eponymorum arbitratur. Eodem argumento tollitur *Theopompus Thalami filius Paeaniensis*, quem *Corsinus* (2, 201. 4, 180.) ex titulo C. I. Gr. no. 193. (ubi est Ἐπώνυμος Θεόπομπος Θαλάμου Παιανιεύς) male inter archontas retulit. — *M. Aurelium Lithophorum Prosdectum Corsinus* (4, p. 183.) inter eosdem recenset et Olympiadi 240^imae^ adscribit, quamquam ipse (2, 211. sqq.) intellexit titulum C. I. Gr. no. 399. Μ. Αὐρήλιον Λιθοφόρον Πρόσδεκτον Πιστοκράτους Κεφαλῆθεν — ἄρξαντα τοῦ Κηρύκων γένους, ἄρξαντα τῆς ἱερᾶς γερουσίας non eo spectare. Immo contrarium eo evincitur, nam quod ille et gentis Κηρύκων et sacrae gerusiae archon fuisse dicitur, urbis vero non dicitur, hinc apparet eum certe tum, cum titulus scriberetur, nondum urbis archonta eponymum fuisse. —

13) Neque pro Atticis archontibus habendi sunt *Antigonus*, *Diophobus*, *Sim.* . . . et — *onidas Philini*, cum *Boeckhius* titulos C. I. Gr. no. 202—206., quos olim ut in Piraeo repertos inter Atticos ediderat, ad Tenum pertinere probarit. Ceterum pro Διόφοβος fortasse Δηΐφοβος rescribendum est et no. 206. Ἄρχοντος]... ωνίδου τοῦ Φιλίνου non cum Boeckhio supplendum Λε]ωνίδου, sed propter patris nomen potius redintegrandum Φιλ]ωνίδου. Titulus antiquior fuerit Romanis imperatoribus. —

14) Incertus est *M. Munatius Maximianus Vopiscus*, quem *Corsinus* quidem (2, p. 106. 4, 170.) inter archontas recenset et Olympiadi 226^tae^ adscribit, at in titulo C. I. Gr. no. 185., quo ille utitur, Μ. Μουνατίου Μαξιμιανοῦ Οὐοπίσκου *Boeckhius* statuit στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς

ὁπλίτας significari, ut no. 186. sit στρατηγοῦντος ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας Μουνατίου Οὐοπίσκου Ἀζηνιέως. —

15) *Tiberium Claudium Sospida Corsinus* (2, 169. 4, 176.) archonta vult esse fere Olympiadis 230^{mae} Aurelio imperatore; at in titulo C. I. Gr. no. 423. Ἄρχοντος τὴν ἐπώ-[νυμον ἀρχὴν] ..... Τι. Κλ. Σώσπιδος Δᾳδούχου fieri potest, ut alius significatus sit archon, Sospis autem, quae Boeckhii sententia est, inter maiores fuerit eius, qui eo titulo honoretur.—

16) *M. Iulium Apellam Marathonium Boeckhius* pro archonte eponymo habet, verum titulus in C. I. Gr. no. 379. Εὐμολπίδαι τὸν ἄρχοντα Μάρκον Ἰούλιον Ἀπελλᾶν Μαραθώνιον sic accipi potest, ut ἄρχων τοῦ γένους τοῦ Εὐμολπιδῶν significari statuatur. Singulis enim gentibus sui erant archontes, ut archonta Amynandridarum novimus ex titulo ap. *Ross* „die Demen" no. 6. Ἐπὶ Ἀρείου τοῦ Δωρίωνος Παιανιέως ἄρχοντος τῆς πόλεως, ἄρχων τοῦ γένους τοῦ Ἀμυνανδριδῶν Ἄρειος Δωρίωνος Παιανιεὺς τούςδε ἀνέγραψεν γεννήτας et v. 6. sequitur Ἄρχων τοῦ γένους [Ἄρειος] Δωρίωνος Παιανιεύς. archonta gentis Κηρύκων habemus in titulis C. I. no. 397. 399. in quibus est ἄρξαντα τοῦ Κηρύκων γένους. —

17) Πρῶτον archonta eponymum fuisse, adscribendum anno Olymp. 244, 1mo statuit *Corsinus* (2, 163. 4, 185.), motus titulo Magnesiae ad Sipylum reperto C. I. Gr. no. 3407. Αὐτοκράτορα Καίσαρα Σεπτίμιον Σεβῆρον Περτίνακα Σεβαστὸν Γερμανικὸν ὁ δῆμο[ς τῶν] Ἀθην[αίων διὰ] . . . Ὀπτάτο[υ]. . . νος τοῦ πρ[ώ]του ἄρχοντος, in quem locum verissime scripsit Boeckhius: „Πρῶτον ἄρχοντα intellege Sipylenorum, qui curam statuae collocandae receperat pro Atheniensibus. — Athenienses non usi sunt dictione ὁ πρῶτος ἄρχων, nec τοῦ Πρώτου potest pro nomine patris haberi." —

Illis igitur nominibus, quae minus recte in indicem relata erant, non quidem eiectis sed distincte ut spuriis designatis iam percensebimus, quae vel in eo etiamnunc retinenda vel ei addenda videntur. In quibus litterarum ordinem eam ob causam secuti sumus, quod anni ipsi, quibus illi adscribendi sunt archontes, perquam raro constant, immo plerumque satis habemus aetatem vel etiam saeculum quasi divinasse. Inerunt indici tres Romani imperatores, Domitianus, Hadrianus, Gallienus atque barbarus quidam regulus Rhoemetalces. Quaesitum est — etsi nunc non memini, ab quonam sit quaesitum — civitas Attica num illis fuerit antea collata, quam archontes facti sint, cum archontes Attici fieri non potuerint nisi cives Attici. Atque Gallienum civibus Atticis idque desiderantem adscriptum esse apparet ex loco Trebellii Pollionis, quem p. 75. adscripsi, factum vero eum civem esse, antequam archon fieret, certe perquam probabile est. Ipse autem ille Trebellii locus ita illud in Gallieno significat mirum fuisse, ut simul demonstret nulli alii imperatorum Romanorum idem antea usu venisse. Idem vero aliis quoque argumentis efficitur. Primum 1) enim temporibus illis civitas Attica non amplius eo pondere, ea dignitate erat, quam Caesaribus Augustis conferre non ridiculum potius quam officiosum videretur. Dein 2) ut verbis utar Ciceronis (pro Balb. c. 12) „duarum civitatum civis esse nostro (i. e. Romano) iure civili nemo potest; non esse huius civitatis civis, qui se alii civitati dicavit, potest." Denique 3) cum apud Athenienses per leges δημοποιήτοις non ipsis sed filiis demum eorum archontibus fieri licuerit, ne suffecisset quidem illos civitate donare sed ἐκ τριγονίας fuissent cives faciendi, ut olim apud nostrates quibusdam ius nobilitatis una cum XVI maioribus dabatur. Dicendum est igitur illos, qui archontis nomine tantum usi, negotiis nullis functi sint, lege ea solutos fuisse. —

Index Archontum Eponymorum Qui Post Olymp. 121, 2. Eum Magistratum Apud Athenienses Obtinuerunt Litterarum Ordine Descriptus.

Asterisco notavimus nomina, quibus *Corsini* fasti Attici carent, uncinis quadratis spuria circumscripsimus, (?) adiecimus iis, quae dubia viderentur.

Ἀγαθοκλῆς. *Iosephus* A. I. 14, 8, 5., ubi rescribo: *Ἐπὶ Ἀγαθοκλέους ἄρχοντος [ἐπὶ τῆς ....ίδος δεκάτης πρυτανείας, ᾗ] Εὐκλῆς Μενάνδρου Ἁλιμούσιος ἐγραμμάτευε, Μουνυχιῶνος [ἑνδεκάτῃ], ἑνδεκάτῃ τῆς πρυτανείας, ἐκκλησίας γενομένης ἐν τῷ θεάτρῳ, τῶν προέδρων ἐπεψήφισε Δωρόθεος [Ἑ]ρχιεὺς καὶ συμπρόεδροι* (erat: *Δωρόθεος ἀρχιερεὺς καὶ οἱ συμπρόεδροι*). *[ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ] τῷ δήμῳ,* in quibus *Ἑρχιεὺς* iam est ab *Corsino* (1, 281.) propositum, etsi *ἀρχιερεὺς* possis forsitan tueri titulo C. I. Gr. no. 353. *ἱε]ρε[ὺ]ς Θεόφιλος ἐπεστάτει.* Reliqua supplementa mea sunt. Archonta eum retulit *Corsinus* (4, 114.) ad Olymp. 163, 3, u. c. 629. a. Chr. 131. —

Ἀγασίας. (?) C. I. Gr. no. 2035.: *Ἀγασίας ἄρχων. τῶν Ἀθήνηθεν ἄθλων.* *Boeckhius* prorsus cum *Corsino* (4, 143.) facit et Agasiam censet esse Atticum archonta eponymum eius aetatis, ubi fasti deficiant. Quod etsi mihi quoque videtur simillimum veri, non est tamen plane necessarium. Aetas accuratius definiri non potest, nisi quod antiquior videtur titulus Romanis dominantibus. —

**Ἁγνόθεος.* C. I. Gr. no. 121.: *Ἐπὶ Ἁγνοθέου ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Ἀτταλίδος πέμπτης [πρυτανείας.* Titulus non potest anno Olymp. 144, 4. antiquior esse. —

Ἀδριανός. Hadrianum, antequam imperator fuerit, anno Olymp. 222, 4. Athenis archonta fuisse apparet ex *Phlegonte* de mirabill. c. 25: *ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ τὸ ἕκτον καὶ Τίτου Σεξτίου Ἀφρικανοῦ.* Atque Athenis illum eo cum magistratu fuisse etiam *Aelius Spartianus* (Hadrian. c. 19. extr.) tradit „et Athenis archon fuit.“ At *Corsinus* (2, 106. sq. 4, 171.) Hadrianum iterum idque postquam imperator fuerit, Olymp. 227, 4., archonta fuisse statuit. Id si esset verum, Hadrianus foret consecutus, quod, ni fallor, neque per leges licuit, neque consecutus est, quod sciam, quisquam alius[1]) post Creonta primum annuorum archontum. Mirum etiam esset, quod Spartianus non adiecisset „et Athenis b i s archon fuit,“ cuius verba non nego sic comparata esse, ut id apud Athenienses munus illum imperatorem suscepisse credas. Verum ipse *Dionis Cassii* locus (64, 16.), quo imprimis nititur Corsinus, contrarium probat; etenim ille, *τά τε Διονύσια,* inquit, *τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς* (i. e. *Ἀθηναίοις*) *ἀρχὴν*

---

[1]) Vanum est enim commentum *Scheibeli* (*Ὀλυμ. Ἀναγρ.* p. 136.) Philippum eundem bis Olymp. 121, 4 et 122, 1. archonta fuisse statuentis; quod cum ipse prorsus singulare dicat, mirum, archonta cur eundem Philippum utriusque anni velit esse; nam poterat quod volebat consequi, si diversos statuisset. Verum omnis a Scheibelo ibi inita ratio mihi non probatur; cf. infra v. *Φίλιππος.* — Scaligeri similem errorem notavimus infra v. *Ἀντίθεος.* Apud *Dionys. Hal.* A. R. 5, 37. pro *ὀλυμπιὰς μὲν ἦν ἐνάτη καὶ ἑξηκοστή, ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης, Ἀθήνησι δὲ τὸ δεύτερον ἄρχων Ἀκεστορίδης,* scribendum esse: *Κροτωνιάτης τὸ δεύτερον, Ἀθήνησι δὲ ἄρχων* iam Scaliger (cf. *Scheibel.* l. c. p. 46.) et Meursius docuerunt. —

*

ἄρξας ἐν τῇ ἐσθῆτι τῇ ἐπιχωρίῳ λαμπρῶς ἐπετέλεσε. Spectant haec ad secundum iter, in quo Hadrianus Olymp. 227, 4. Athenas venit;[1]) tum igitur Imperator Liberalia Magna sive Urbana (nam illa significantur), quae archon eponymus facere solebat (cf. de lit. Attic. p. 46.), veste Attica splendide fecit; verum non ille ut *ἄρχων* sed ut *ἄρξας*, in eoque versabatur rei insolentia. Id et *Salmasius* perspexit et nuper *Scheibelus* (in *Ὀλυμπιάδ. Ἀναγρ.* p. 210.) —

[*Ἀθηνίων.* Cf. supra p. 76. no. 2.].

**Ἀθηνόδωρος.* C. I. Gr. no. 194.: *Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθηνοδώρου τοῦ Ἀσμένου τοῦ καὶ Ἀγρίππου Ἰταίου* (l.: *Εἰτεαίου* vel *Ἰτεαίου*). Titulus incertae est aetatis, sed sub imperatoribus Romanis scriptus. —

**Λ. Αἰλιανός* (?). C. I. Gr. no. 200.: *Ἐπὶ Φιλοπάππου [τοῦ] καὶ Λ. Αἰλιανοῦ.* Cf. infra v. *Φιλόπαππος.* —

**Αἰσχραῖος.* In titulo Eleusinio, quo *σύνοδος τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν* honores Philemoni cuidam decernit — editus est titulus in Ephemer. Archaeol. 1841. no. 556. et ab *Welckero* in Mus. Rhen. 2. 1843. p. 318. sq. — leguntur haec v. 11. sq.: *Φιλήμων ἐπιμελητὴς το[ῦ τεμένους γ]ενόμενος ἐν τῷ ἐπὶ Αἰσχραίου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ ἀνεκτ[ή]σα[το] πατρίους ταῖς θεαῖς θυσίας.* *Keilius* ibi restituendum putat: *ἐπιμελητὴς τὸ [τρίτον γ]ενόμενος — ἀνε[νεώ]σα[το] πατρίους,* — Ibidem v. 33. sqq. *βιασαμένων δὲ αὐτὸν τῶν τεχνιτῶν πάλιν τὸ τέταρτον ὑπομεῖναι ἐπιμελητὴν εἰς τὸν ἐπὶ Σελεύκου ἄρχοντος ἐνιαυτόν.* Aeschraeus et Seleucus non dubito quin Athenarum, neque Eleusiniorum archontes eponymi fuerint. Aetatem autem eorum non ausim accuratius definire, nisi quod litteraturam Welckerus testatur posse seculi secundi ante Christum vel primi post Christum esse. Praefero prius. —

**Ἀλκαμένης.* C. I. Gr. no. 283, 20.: *Ἄρχων Ἀνδρ. Ἀλκαμένης.* *Boeckhius* ad aetatem Caracallae imperatoris refert. —

Ἀναξικράτης, archon Olymp. 125, 2. *Pausan.* 10, 22, 9. —

Ἀντίθεος, archon Olymp. 160, 1. *Pausan.* (7, 17, 1.) eo archonte confectum esse scribit bellum Achaicum. Scaligeri errorem, qui Antitheum bis et primum quidem Olymp. 158, 2., iterum autem Olymp. 160, 1. archonta fuisse scribit, notavit *Corsinus* (4, 110.). —

**Ἀντίμαχος.* Ephemer. Arch. no. 219.: *Θ]εο[ί. Ἐπὶ] Ἀντιμάχου [ἄρχ]οντος ἐπὶ τῆς Ἱπ[ποθωντίδος δωδεκ]άτης πρυτανείας.* Quae si recte supplevit Pittakis, oportet eum archonta factis XII. tribubus recentiorem esse. —

Ἀντίπατρος. Olymp. 206, 1 s. 205, 4. a. U. c. 798. p. Chr. 45. *Phlegon.* de mirabb. c. 6. Ab hoc diversus fuerit Antipater is, qui in C. I. Gr. 282. commemoratur, *Ἐπὶ Ἀντιπάτρου ἄρχοντος,* quem titulum et Boeckhius satis novicium dicit et quae ibi extat *Γερμανικείων* memoria, evincit Caracalla non antiquiorem esse. —

**Ἀντίπατρος νεώτερος.* In titulo, quem *Rossius* edidit in A. L. Z. 1844. Dec. I. Bl. p. 651., extat: *Ἐπὶ Ἀντιπάτρου νεωτέρου ἄρχοντος.* Est hic sine dubio antiquior Antipatro tituli no. 282.; idemne sit autem atque archon anni Olymp. 206, 1., id quod olim statui, an etiam ab hoc diversus, nescio. Ceterum similiter in titulo Tithorensi (Eph. Arch. no. 794. Mus. Rhen. 2. p. 556.): *Ἄρχοντος ἐν Τιθόρᾳ Ἀρίστωνος νεωτέρου.* Cf. supra p. 73. —

**Ἀντίφιλος Ἀφιδναῖος.* Comment. Epigr. no. 66. a. 53. —

[*Μάρκος Ἰούλιος Ἀπελλᾶς.* C. I. no. 379. Videtur archon fuisse non eponymus urbis, sed gentis Eumolpidarum; cf. supra p. 78. no. 16. —]

**Γ. Ἰούλιος Κασιανὸς Ἀπολλώνιος*

[1]) Prior enim Hadriani adventus, ex quo aliquamdiu annos notasse videntur Athenienses (C. I. Gr. 281. *εἰκοστοῦ ἑβδόμου ἔτους ἀπὸ τῆς θεοῦ Ἀδριανοῦ πρώτης εἰς Ἀθήνας ἐπιδημίας*), refertur ab *Corsino* ad Olymp. 222, 4. a. u. c. 865. p. Chr. 112.

Στειριεύς. C. I. Gr. no. 272.: *Α. Ἄρχων Γ. Ἰούλιος Κασιανὸς Ἀπολλώνιος*. In titulo no. 231, ubi idem est *ἀντικοσμητής*, additum habet demoticum *Στειριεύς*. *Boeckhius* refert hominem fere ad aetatem M. Aurelii philosophi neque ab eo diversum credit fuisse Cassianum Philippi filium Stiriensem, qui *στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας* dicatur in titulo no. 189. Propinquitate fortasse eum attigit, qui ex Hadriani aetate infra ponetur, *Γ. Ἰούλιος Κάσιος Στειριεύς*. —

Ἀπολλώνιος. *Philostrat*. Vit. Sophist. 2, 20. p. 262. Kayser: *διαπρεπὴς δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ γενόμενος — ἔν τε λειτουργίαις, ἃς μεγίστας Ἀθηναῖοι νομίζουσι, τήν τε ἐπώνυμον καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ὅπλων ἐπετράπη*. *Corsinus* (4, 185.) coniectura incerta eum Olympiadi 245, 1. a. U. c. 954. p. Chr. 201. ascripsit. Aetas hominis inde apparet, quod ad Severum imperatorem legatus missus est (*Philostr*. ibid. *πρεσβεύων δὲ παρὰ Σέβηρον ἐν Ῥώμῃ*). Severus enim imperium suscepit a. U. c. 946. p. Chr. 193, decedit a. U. c. 964. p. Chr. 211. —

**Ἀργεῖος Ἀργείου Τρικορύσιος*. Comment. Epigr. no. 43, 23. Hic archon eponymus sine dubio non diversus est ab cognomine imperatore Piraei, ut dicitur in titulo, qui in Ephem. Arch. no. 864. et ab *Rossio* meo editus est Hellenic. 1. p. 68. *Ἀργεῖος Ἀργείου Τρικο[ρύσιος] στρατηγήσας ἐπὶ τὸμ Πειρα[ιᾶ*. Qui illic (v. 9.) commemoratur sacerdos Romae, probat eum titulum scriptum esse tum ante a. Chr. 27. a. U. c. 727., quo anno Athenis commune fuit deae Romae et Augusti templum, tum post a. Chr. 168. Olymp. 152, 1., si recte p. 35. conieci eo fere anno primum factum Athenis esse Romae deae templum. *Bergkius* in censura, quam prioris commentationis epigraphicae in Zeitschr. f. Alterth. 1853. no. 35. edidit, p. 278. coniecit titulum no. 43. esse posteriorem bello Mithridatico, quam coniecturam neque probare neque refellere possum. Cf. infra v. *Μήδειος*. —

**Ἄρειος Δωρίωνος Παιανιεύς*. In titulo, qui primum ab me Rossioque in A. L. Z. 1838. no. 196, dein anno 1839 in Ephem. Arch. no. 186., postremum iterum ab *Rossio* in libro de Dem. Attic. n. 6. est editus, extat: *Ἐπὶ Ἀρείου τοῦ Δωρίωνος Παιανιέως ἄρχοντος τῆς πόλεως*. Ab hoc non diversum sed hinc emendandum nomen esse, quod in C. I. Gr. no. 478. dicatur, *Ἐπὶ Ἄρχοντος Ἀρήου τοῦ Μωρίωνος Παιανιέως*, et olim statui et nunc teneo. Hunc *Corsinus* (2, 139.) anno Olymp. 188, 3. U. c. 728. a. Chr 26. ascripsit; certum illud modo est esse illorum titulorum archonta Areum posteriorem anno U. c. 727., quo Caesari cognomen Augusti est tributum, et priorem recepta in civitatem tribu XIII. Adrianide, quae quo anno Hadriani adiecta sit, non est memoriae mandatum. In Ephem. Archaeol. no. 1540. est: *Γοργίας Ἀρήου Παιανιεύς*. —

[*Ἀρίσταρχος Φαληρεύς*. Cf. supra p. 75. sq. no. 1. —]

[*Ἀριστίων*. Cf. supra p. 76. no. 2. —]

**Ἀριστόξενος*. C. I. Gr. no. 255.: *ἐν τῷ ἐπὶ Ἀριστοξένου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ*. Aetas non constat. —

**Ἀρχε[σίλαος* (?). C. I. Gr. no. 132.: *ΑΥΚΕ || ΑΥΧΟΝΤΟΣ*. *Boeckhius*: *Ἀρχε[σιλάου] ἄ[ρ]χοντος*. —

Ἀῤῥενίδης. *Diog. Laert*. 7, 10. *Ἐπ' Ἀῤῥενίδου ἄρχοντος*. Eum *Corsinus* (4, 91.) ad Olymp. 130, 1. a. U. c. 495. a. Chr. 259. refert, id quod mihi quoque a vero non multum abesse videtur. Etenim praemissa est illa praescriptio plebisscito, quo Zenoni philosopho inter alios honores etiam publice in Ceramico faciendum sepulcrum decernitur [1]), quale non solebat nisi senibus confecta aetate et ab morte proximis decerni. Mortem autem Zenonis, si eundem Diogenem sequere, non poteris ante Olymp. CXXX. collocare; ille enim (7. 6. *ἤκμαζε* (sc. *Περσαῖος*) *κατὰ τὴν τριακοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμ-*

[1]) Diogenes videtur sui immemor fuisse, cum (7, 15.) scriberet Antigonum regem *mortuo* Zenoni ab Atheniensibus sepulturam in Ceramico faciendam petivisse, nisi regem statuas tum ignorasse id honoris iam *viventi* et superstiti philosopho ab Atheniensibus decretum esse. —

πιάδα ἤδη γέροντος ὄντος Ζήνωνος) ea Olympiade Persaeum floruisse, Zenonem vero senem fuisse scribit; cui testimonio nescio cur refragari putetur, quod Epicurus, qui Olymp. 127, 2. obiit (*Diog. L.* 10, 15.), iam in epistola quadam Persaeum cum Antigono rege congressum esse memorat; quidni enim statui liceat Persaeum XI. annis, antequam ad ἀκμὴν pervenerit, i. e. adolescentulum regi ab Zenone esse missum. Re autem vera pugnat cum Diogene Eusebius, qui Zenonis mortem anno Olymp. 128, 1. ascribit; ei vero non apparet cur hac in re plus tribuendum sit quam Diogeni. *Niebuhrus* (kleine hist. Schrift. p. 459.), qui Eusebium immanis erroris arguit („Die Angabe in den Tafeln des Eusebius, welche Zeno's Tod in Olymp. 128, 1. setzt, ist vollends ein ungeheurer Irrthum") et Corsini coniecturam de anno Arrhenidae temerariam dicit (Corsini's Vermuthung — ist völlig aus der Luft gegriffen"), Zenonem vult etiam Olymp. 131, 1. superstitem fuisse. *Zumptius* meus ὁ μακαρίτης (in egregio commentario „über den Bestand der philos. Schulen in Athen." Berlin 1843. p. 76.) Zenonis mortem anno Olymp. 129, 1. ascribit. *Droysenus* (Hellenism. 2, 207. sq.) eandem et Arrhenidam archontem ad Olymp. 128, 2., denique *C. Fr. Hermannus* (Zeitschr. f. Alt. 1845. p. 593.) ad Olymp. 128, 1. referunt. —

*Ἀρχέλαος. Ephem. Arch. 1393.: Ἐπ' Ἀρχελάου ἄρχοντος. Est aetatis XII. tribuum. —

[Ἀτελιανός. Cf. supra p. 76. no. 3. —]

Κλαύδιος Ἄτταλος. C. I. Gr. 274.: Ἐπὶ Κλ. Ἀττάλου ἄρχοντος. Hunc *Corsinus* modo (2, 145.) Olympiadi 249, modo (4, 140.) Olympiadi 188, 4. ascribit, utrumque, ut Boeckhii verbis utar „futilibus argumentis — cognomen Flavii satis docet eum Vespasiano non antiquiorem esse." Ibid. no. 274. b. in add. p. 910. est: ἐπὶ ἄρχοντος Τιβ. Κλ. Ἀττάλου Σ[φη]ττίου. „Titulus et hic et no. 274. Caracallae aetatis sunt" *Boeckh.* —

[Ἀττικός. C. I. Gr. no. 283.: ΜΕΤΑ ΑΤΤΙΚΟ. *Boeckhius* supplevit: ἐπὶ ἄρχοντος τοῦ] μετὰ Ἀττικό[ν. Verum res valde incerta. *Rossius* in libro „Die Demen" p. 31. compendia credit scripturae latere: Μετα(γειτνιῶνα) Ἀττικός, ut in versibus superioribus Σκει et Εκα.ο vult compendia esse Σκει(ροφοριῶνα et Ἑκα[τ]ο(μβαιῶνα. —]

*Ἀχαιός. Ephem. Arch. 386. *Curt.* Inscr. Attic. 8. p. 22.: Ἐπὶ Ἀχαιοῦ ἄρχοντος. Aetas tituli apparet ex verbis ἐπειδὴ] Μένανδρος Περγαμηνὸς-παρὰ τῷ βασιλεῖ Εὐμένει. Nam sine dubio pertinet decretum ad Menandrum medicum, qui Eumeni II. Pergamenorum regi aderat. (*Suid.* v. Λεσχίδης. — συνῆν δὲ τούτῳ [i. e. Εὐμένει τῷ βασιλεῖ] — καὶ Μένανδρος ἰατρός.). Eumenes vero regnavit ab Olymp. 145, 4. a. Chr. 197. ad Olymp. 155, 2. a. Chr. 159. En terminos, intra quos cadit Achaeus. —

Γαλλιηνός. Cf. supra p. 75. no. 1. Interfectus est Gallienus a coniuratis militibus a. u. 1021. p. Chr. 268.; archonta autem Atticum fieri se passus est, ni fallor, postquam Valerianus ipsius pater vivus a Persis captus esset et Scythae in Cappadociam pervenissent, id est, a. u. 1013. p. Chr. 260. —

Γοργίας. *Pseudo-Plutarch.* X. Oratt. T. X. p. 269. Hutt., archon Olymp. 125, 1.; cf. *Corsinus* (4. p. 81.). —

*Δείδιος Σεκοῦνδος Σφήττιος. C. I. Gr. no. 268.: ἐπὶ Δειδί(ου) Σεκούνδου Σφηττίου ἄρχοντος. „Coccei" nomen suadet ut titulum paulo post Nervam ponamus, quamquam intutum argumentum. —

Δεινόφιλος, archon Olymp. 207, 1. *Phlegon* de mirabill. c. 22. —

Πο. Ἑρέν. Δέξιππος Πτολεμαίου Ἕρμειος (?), circa Olymp. 262, 1. p. Chr. 269. Ephem. Arch. 559.: Ἄρχων Ἑρέννιος Δέξιπ[πος. Cf. supra p. 75. no. 2. —

*Αὐρήλιος Δημ. C. I. Gr. no. 195.: Ἐπὶ ἄρχοντος [Αὐ]ρηλ[ί]ου Δημ. Supplementum incertum est, Boeckhius expleturus erat Δημ[ητρίου, Δημ[οσθένους, vel simile quid. —

Δημοκλῆς, archon Olymp. 125, 3. *Pausan.* 10, 23, 14. —

Δημόστρατος, archon Olymp. 211, 1. *Phlegon.* de mirabill. c. 23. —

Δημόστρατος Μαραθώνιος (?). C. I. no. 184.: *Ἐπὶ ἄρχοντος] Δημοστράτου Μα-[ραθωνίου.* Ita supplevit *Corsinus* (2, 209.) eique astipulatur *Boeckhius*, qui addit; „quamquam possit Demostratus etiam *στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα* esse, qui aliquoties sine archonte designatur in his titulis.“ *Corsinus* (4, 170.) refert ad aetatem Hadriano posteriorem. —

[*Δημοχάρης.* Ephemer. Arch. no. 1072.: *οσχωριον* || *οικιας πε* || *μενο μεπ* || *ειδημοχα* || *αιθεο.* Illa *Pittakisius* supplevit: *ὅρος χωρίου* [*καὶ*] *οἰκίας πεπραμένων ἐπὶ Δημοχα[ρους κ]αὶ Θεο[φράστου.* Supplendum est autem: *πεπραμέν[ων] ἐπ[ὶ λύσ]ει Δημοχάρ[η κ]αὶ Θε...* Cf. *Boeckh.* Oec. Civ. Athen. 1, 180. —]

* *Φλ. Διογένης Μαραθώνιος.* C. I. Gr. no. 353. I, 1.: *Ἐπὶ ἄρχοντος] Φλ. Διογένους Μαραθωνίου.* v. 11. *τοῦ τ[ε] ἐπωνύμου ἄρχοντος Φλ. Διογένους [Μαραθων]ίου.* Refertur a Boeckhio ad annum p. Chr. 198. i. e. Olymp. 244, 2. a. u. 951. —

Διόγνητος, archon Olymp. 129, 1. Ab eo calculos iniit auctor Marmoris Parii. —

Διοκλῆς. Ps. *Plutarch.* X Oratt. p. 277. H. Illo archonte Demochares de exilio revocatus est; *Corsinus* (4, 78.) eum ad Olymp. 123, 2. refert, id quod valde incertum est; cf. *Clinton* F. H. p. 390. Krüger. *Grauert* Analekt. p. 348. —

* *Διοκλῆς Κυδαθηναιεύς.* Comm. Epigr. no. 66. a. 12. —

* *Διοκλῆς Διοκλέους* (?). Ephemer. Arch. no. 861.: *Ἐ]πὶ Διοκλέους τοῦ Διοκλέ[ους.] ταμιεύοντος Ἀρόπου τοῦ Σε.* Titulus videtur decretum alicuius *κοινοῦ τῶν ἐρανιστῶν* continere, cuius nomen forsitan in *Ἡροιστῶν* vocabulo latet, (*Keilius* coniecit: *Ἡρωιστῶν*, id autem dictum esse ab *ἡρωΐζειν*) nisi hoc ipsum est *[ἐ]ρ[αν]ιστῶν*, eoque decreto praescribi, quid ab sodalibus vel peregre profectis vel aliam ob causam ab conventu absentibus praestari oporteat. Aetas mihi non constat. Ceterum illa praescriptione non credo erani potius praesidem quam archonta eponymum civitatis significari. —

* *Διομέδων.* Comm. Epigr. no. 62.: *Ἐπὶ Διομέδοντος ἄρχοντος.* —

* *Διονύσιος.* Ephem. Arch. no. 365.: *ἐπ]ὶ Διονυσίου ἄρχοντος.*

[*Διονύσιος ὁ μετὰ Λυκίσκον* non Athenarum est, sed Deli; cf. supra p. 77. no. 8. —]

Διονύσιος ὁ μετὰ Παράμονον. C. I. Gr. no. 124: *Ἐπὶ Διονυσίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Παράμονον.* *Corsinus* (4, 166.) ad Olymp. 255. retulit; *Boeckhius* „ex litteraturae ratione colligit titulum non multum ultra primum ante Christum saeculum recedere posse, sed posse etiam recentiorem esse, modo ne in Imperatorum aetatem demoveatur. Omnino vero debere post Olymp. 152. scriptum censeri.“ Illis unum addam; quod in titulo commemoratur *τοῦ ἑαυτῶν προξένου*, vel id probat antiquiorem eum esse Romanis Imperatoribus; nam *προξενίας* nullum exemplum extat ex illorum aetate. —

* *Ἀνδρ. Διονύσιος.* C. I. Gr. no. 189.: *Ἐπὶ ἄρχοντος ἱε[ρέως] μητρὸς θεῶν καὶ Ἀγαπητοῦ Ἀνδρ. Διονυσίου τοῦ Καλλίππου Λαμπτρέως.* „Archon est *Aurel. Dionysius*, simul sacerdos Magnae Matris et *Ἀγαπητοῦ*, haut dubie *Imperatoris*, fortasse Antonini Pii. — Aetas tituli est Antoninorum.“ *Boeckh.* Sacerdotium illud num fuerit cum archontis munere similiter ut alias sacerdotium *Σωτήρων*, sacerdotium *Δρούσου ὑπάτου* coniunctum, an peculiare Dionysio, ignoramus. —

Διονυσόδωρος. *Phlegon* de mirabill. c. 7. C. I. Gr. no. 267. archon Olymp. 208, 1. a. u. c. 805/6. p. Chr. 52/53.

* *Διότιμος.* Praescriptio *ἐπὶ Διοτίμου ἄρχοντος* reperitur in decretis Audoleonti Paeonum et Spartoco Bosporano regi scriptis, quae ipse edidi in Allg. L. Ztg 1834. I. Bl. Mai 249. sqq. 1836. I. Bl. Aug. 353, atque Olymp. 123, 3. a. Chr. 286/5. facta esse conieci. Neque sane potest aut infra Olymp, 124, 1.

descendi, quo anno Spartocus obiit, aut ultra Olymp. 118, 2. ascendi, quo primum factae sunt XII. tribus. At illud argumentum, quo post Ol. 123, 2. eum praetorem collocandum esse dixi, quod ab Ol. 118, 2. usque 123, 1. anni apud Athenienses non ex archontibus sed ex sacerdotibus σωτήρων notati sint, nunc apparet vanum esse, cum nunc constet etiam illos annos omnes ex archontibus notatos esse; cf. *Boeckh.* Oecon. Civ. Ath. 2, 314. sq. ed. 2da. et infra v. *Κλεόμαχος.* — In titulo, qui nuper in Ephem. Arch. no. 1364. editus est et praescriptionem habet: *Ἐπὶ Ἰσαίου,* extat: *οἱ βουλευταὶ τῆς Αἰγεῖδος φυλῆς οἱ ἐπὶ Διοτίμου ἄρχοντος. Pittakisius* et hic et no. 1403. Diotimi nomine magistratum anni Olymp. 106, 3. significari statuit; mihi secus videtur, et eundem arbitror illic esse atque in decretis, quae Audoleonti et Spartoco facta sunt. Id autem si recte conieci, Diotimo successit anno fere Olymp. 123, 4. *Isaeus.* —

Δίφιλος. *Plutarch.* Demetr. 46. *Corsinus* (4, 77.) refert ad Olymp. 123, 1., *Clinton* (p. XIII. *Krueg.*) ad Olymp. 123, 2. —

Δομετιανός, *Philostratus* (Vit. Apollon. 8, 16.) narrat in Olympiorum ludicro quendam Atticum adolescentem, qui eo spectatum venisset, Apollonio dixisse: *μάλα εὔνουν τὴν Ἀθηνᾶν εἶναι τῷ βασιλεῖ — καὶ δίκαια πράττειν τὴν θεὸν — ἐπειδὴ καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπώνυμον Ἀθηναίοις ἦρξεν.* Id igitur hinc constare videtur, Domitianum aliquando apud Athenienses eponymum archonta fuisse atque suo exemplo praeivisse Hadriano et Gallieno; alium scriptorem, idem qui tradat, habemus neminem, neque scimus, quo anno eam potestatem susceperit imperator, nam regnavit ille annos XV ab a. U. 834. p. Chr. 81, usque ad a. U. 849. p. Chr. 96. *Corsinus* tamen (4, 161. sq.) eum ascribit Olymp. 218, 1. p. Chr. 93. a. U. 846. —

**Ἐπικλῆς.* C. I. Gr. no. 108, 1.: *Ἐπικλέους ἄρχοντος.* Id enim salvum esse et nequaquam eius loco rescribendum: *Ἐπὶ [Ἐργο]κλέους ἄρχοντος* iam ante hos XXVII. annos monui mihique monenti Boeckhius quoque in Add. p. 900, b. est obsecutus. Etenim *Ἐργοκλῆς* qui significatur no. 108, 45. sq., prioris anni archon est. Nova nunc accessit archonti *Ἐπικλεῖ* auctoritas ex inscriptione quadam Athenis nuperrime reperta, cuius primos versus ad me nunc ipsum perscripsit Boeckhius; inest ibi: *Ἐ]πικλέους ἄ[ρχοντος.* In hac autem inscriptione cum commemoretur Attalis tribus, apparet hinc Ergoclem et Epiclem archontas non modo non Olympiad. CXXXIVta. sed ne anno quidem Olymp. CXXXXIV, 4. priores esse, quod Attalis eo demum anno adiecta est. —

**Ἐργοκλῆς.* C. I. Gr. no. 108.: *ἐπὶ Ἐργοκλέους ἄρχοντος.* *Boeckhius* negat titulum posse non modo anno Olymp. 123, 2. sed etiam Olympiade CXXXIVta priorem esse. Nunc constat eum ne anno quidem Olymp. 144, 4. posse priorem esse. Cf. v. *Ἐπικλῆς.* —

**Ἐργοχάρης Σφήττιος.* Comm. Epigr. no. 66. a. 34. —

Μ. Οὔλπ. Εὐβίοτος. C. I. Gr. no. 378.: *Τὸν λαμπρότατον ὑπατικὸν καὶ ἐπώνυμον ἄρχοντα Μ. Οὔλπ. Εὐβίοτον Λευ. [υἱ]ὸν Γα[ρ]γή[ττιον.* *Corsinus* (2, 158. 4, 188.) quod hunc non diversum fuisse existimat a M. Ulpio Crinito, qui a. U. c. 1012. Chr. 259. consul fuerit, eum archonta ascribit anno Olymp. 259, 4. U. c. 1010. Chr. 257. Illud si esset verum, anni notatio non posset vera esse, cum Eubiotum prius consulem et tum demum archonta fuisse titulus doceat; sed vana est Corsini coniectura. *Boeckhius* suspicatur Hadriano imp. titulum scriptum esse, id quod ne ipsum quidem fugit quam sit incertum. Cf. supra p. 74. no. 3. —

**Εὐφίλητος Προβαλίσιος.* Comm. Epigr. no. 66. a. 22. —

**Ἐχεκράτ[ης.* Comment. Epigr. no. 25. (immo 27.) p. 51. —

Κλ. Ἡρακλείδης Μελιτεύς. C. I. Gr. no. 273.: *Ἐπὶ ἄρχοντος Κλ. Ἡρακλείδου Μελιτέως.* *Corsinus* (2, 196. 4, 172.) post Olymp. 227. collocat; titulum Hadriano non antiquiorem esse probat, ut Boeckhius monet, quod in eo extat *Αἴλιος* nomen. —

* *Ἡράκλειτος Ἀθμονεύς.* Comm. Epigr. no. 66. a. 33. —

Ἡρώδης, archon Olymp. 180, 1. a. Chr. 60. a. U. 684. *Diodor.* 1, 4. In C. I. Gr. no. 126, 39, pro *ὁ ἐπὶ ἡρώου καταλιφθείς* *Schoemannus* coniecit: *ὁ ἐπὶ Ἡρώδου* atque de archonte intellegit. —

Τι. Κλαύδιος Ἀττικὸς Ἡρώδης Μαραθώνιος. *Philostratus* (Vit. Sophist. 2, 1. 5.) haec habet: *καὶ ἐλειτούργησεν Ἀθηναίοις τήν τε ἐπώνυμον καὶ τὴν τῶν Πανελληνίων, στεφανωθεὶς δὲ καὶ τὴν τῶν Παναθηναίων καὶ ὑμᾶς, εἶπεν, κτλ.* Hinc *Corsinus* (2, 117.) Herodem eponymum archonta fuisse colligit, illam vero dignitatem modo cum circa Olymp. 230. obtinuisse coniicit, modo (4, 172.) eum ascribit anno Olymp. 229, 1. p. Chr. 130. U. c. 890. Valde autem incerta est illa de anno, quo Herodes eponymus fuerit, coniectura, quem sane Hadriano imperante probabile est eo cum magistratu fuisse. Ditissimum illum omnium oratorum Atticorum *Keilius* probavit (Inscrr. Boeot. p. 128. sqq.) in *Graecis* inscriptionibus aut *Τι. Κλαύδιον Ἀττικὸν Ἡρώδην*, aut *Κλ. Ἀττικὸν Ἡρώδην*, aut uno vocabulo *Ἡρώδην*, numquam autem omisso *Ἡρώδου* nomine simpliciter *Ἀττικὸν* dici, sed sic filium potius sophistae significari. Res autem eius post *Boeckhium* (C. I. Vol. I. ad no. 26. p. 44. p. 413.) aliosque ex temporum ordine novissime descripsit *Franzius* (C. I. Vol. III. p. 920. sqq.), cuius disputationi nihil incrementi accessit ex titulo, qui postea ab *Rossio* editus est (in Mus. Rhen. 1851. 8. p. 123.). Ex Franzii vero calculis Herodes natus est sub Traiano a. U. c. 854. p. Chr. 119., mortuus M. Aurelio Imp. a. U. c. 930. p. Chr. 177.—

[*Θεαγένης.* Cf. supra p. 74. sq. no. 4. —]

[*Θεμιστοκλῆς Βησαιεύς.* Cf. supra p. 76. sq. no. 4. —]

[*Θεόπομπος Θαλάμου Παιανιεύς.* Cf. supra p. 77. no. 11. —]

* *Θεόφημος.* Olymp. 179, 3. a. U. 692. a. Chr. 62. Nomen innotuit ex Eusebio Armeniaco; cf. *Niebuhri* kleine histor. u. philol. Schr. p. 249. –

* *Θεόφιλος ἐξ Οἴου.* Comment. Epigraph. no. 66. a. 23. —

* *Θερσίλοχος.* *Ussing.* Inscrr. Graec. Ined. no. 55. Ephemer. Arch. no. 1056.: *Ἐπὶ Θερσιλόχου ἄρχοντος.* Aetas tituli, de qua tacent editores, incerta est, sed posteriorem eum esse factis XII tribubus inde apparet, quod ibi prytaniae et mensis numerus diesque sibi respondent et cum duodecimo die secundae prytaniae duodecimus dies secundi mensis componitur, *δευτέρας πρυτανείας–[Μετα]γειτνιῶνος δωδεκάτῃ, δωδε[κάτῃ τῆς πρ[υτανείας.* —

Θέων. C. I. Gr. no. 254.: *Ἐπὶ Θέωνος ἄρχοντος.* *Corsinus* (4, 143.) aetatem eius plane incertam dicit, nihilominus ad Olympiadem 183. refert. —

Θράσυλλος. *Phlegon* de mirabill. c. 20. archon Olymp, 210, 1. U. c. 814. Chr. 61.—

* *Θυμοχάρης.* Ephem. Arch. no. 322.: *Ἐ]πὶ Θυμοχάρου ἄρχοντο[ς.* Aetas incerta. —

Ἰάσων. *Phlegon* de mirabill. c. 10.: *ἄρχοντος Ἀθήνησι Ἰάσονος ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Μάρκου Πλατίου καὶ Σέξτου Καρμινίου Ὑαίου καὶ Μάρκου Φουλβίου Φλάκκου.* In corrupto loco emendando dissident docti homines; nos quidem in eorum sententiam discedimus, quibus placet, ut eiectis, quae aliunde intrusa videntur, *καὶ Σέξτου Καρμινίου* rescribatur: *Μάρκου Πλαυτίου Ὑψαίου καὶ Μάρκου Φουλβίου Φλάκκου.* Hi autem consules fuerunt a. U. c. 629. a. Chr. 129. Olymp. 163, 3/4. Ea fere est Scaligeri (cf. *Ὀλυμπ. Ἀναγρ.* p. 159. Scheibel.) et Corsini (4, 115.) sententia. In Ephemer. Arch, no. 1458. extat: *ἐπὶ Ἰάσονος ἄρχοντος.* Ibid. autem no. 1457. est: *ἐπὶ Ἰάσονος ἄρχοντος τοῦ μετὰ Πολύκλειτον.* Iasones illorum titulorum et ab se et ab Iasone Phlegontis videntur diversi fuisse. —

[*Ἱκέσιος Θεογένους Σφήττιος.* Cf. supra p. 77. no. 10. —]

* *Ἰσαῖος.* Successit Diotimo. Cf. *Διότιμος.* —

* *Λεύκιος Οὐιβούλλιος Ἵππαρχος Μαραθώνιος.* C. I. Gr. no. 269.: *Ἐπὶ*

Λευκίου Οὐιβουλλίου Ἱππάρχου ἄρχοντος. no. 376. *Οὐιβούλλιον Ἵππαρχον Μαραθώνιον τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως. Boeckhius* titulos scriptos esse statuit Traiano vel Hadriano imperante. Cf. supra p. 77. no. 9. Verum cum titulus C. I. no. 376. integrior nunc editus sit in Ephem. Arch. 1305. et in hunc quidem modum: *Οὐιβούλλιον Ἵππαρχον Μαραθώνιον τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεως ἄρχοντα καὶ ἱερέα Δρούσου ὑπάτου ἡ Αἰαντὶς φυλή κ. τ. λ.*: apparet iam fieri non posse, ut titulus no. 376. Traiano vel Hadriano imperatore scriptus sit, nisi illam coniunctionem sacerdotii Drusi consulis cum magistratu eponymi non modo non cessasse post Drusi obitum, (cf. infra v. *Μιθριδάτης*) sed etiam usque ad Hadriani aetatem durasse statuas. Quod cum sit parum verisimile, videndum, sitne Lucius Vibullius Hipparchus archon C. I. no. 269. diversus ab Vibullio H. no 376. et titulus no. 269. multis annis recentior quam no. 376. —

* *Κα]λλικρατίδης (?). Ephem. Archaeol.* no. 640.: *Ἄρχων [Κα]λλ[ι]κρατίδ[ης.* Titulus ab argumento affinis est C. I. Gr. no. 282., sed antiquior illo; post *ἄρχων* leguntur *κοσμήτης, παιδοτρίβης, ἡγεμών, ὁπλομάχος,* tum *φίλοι γοργοί.* Quod Pittakis eum archonta iuniorem vult esse Philino, non necesse est refutare. —

* *Καλλιμήδης. Ephem. Arch.* no. 1058, 1. *Ussing* Inscrr. Gr. no, 59.: *Ἐπὶ Καλλιμήδου [ἄρχοντος].* Quod in titulo extat *Βασιλέως Δημ[ητρίου,* spectare videtur ad Demetrium II. Macedoniae regem, Gonatae filium, Poliorcetae nepotem, qui X annis regnavit ab a. Chr. 239—229. s. Olymp. 139, 2 — 141, 4. Idem eponymi nomen Eustratiades reposuit in titulo Comm. Epigr. no. 64. —

* *Καλλίφρων ὁ πρεσβύτερος.* In Ephemer. Arch. 907. titulus, quo honoratur *Εὐτυχιανὸς Μαραθώνιος,* clausulam habet hanc: *ἐπὶ ἄρ[χ]οντος ΚΑΛΛΙΦ.* O. i. e. *Καλλίφ[ρ]ο[νος τοῦ] πρεσβυτέρου.* Aetas est Romanorum imperatorum. —

* *Μ. Αὐρ. Καλλίφρων ὁ καὶ Φροντεῖνος. Ross.* „Die Dem." p. 65. no. 65.: *τὸν] ἐπώνυμον [ἄρχ]οντα Μαρ. Αὐρ. [Καλ]λίφρονα τὸν [καὶ] Φροντεῖνον [Καλ]λίφρονος Γα[ργήτ]τιον.* Rossius eum refert ad aetatem Antoninorum. —

* *Καλλιφ[ῶν] ὁ πρεσβύτερος* (?). C. I. Gr. no, 395.: *ἐπὶ ἄ[ρχ]οντος Καλλιφ[ῶντος τοῦ] πρεσβυτέρου.* „Titulus M. Aurelio Imp. non antiquior." *Boeckh.* At supplementum non plane certum est; nam potest etiam rescribi *Καλλίφ[ρονος* et *Καλλιφ[άνους.* —

Γ. Ἰούλιος Κάσιος Στειριεύς. C. I. Gr. no. 270, 3.: *Ἐπὶ τῆς Γαΐου Ἰουλίου Κασίου Στειριέως ἀρχῆς.* Titulum *Corsinus* (4, 169.) fere ad Olymp. 227. U. c. 882. p. Chr. 129., *Boeckhius* (p. 376, b.) etiam ipse ad Hadriani aetatem refert. Eum fortasse propinquitate attigit, qui supra (p. 81.) positus est *Γ. Ἰούλιος Κασιανὸς Ἀπολλώνιος Στειριεύς.* —

* *Κλεόμαχος.* C. I. Gr. no. 111.: *Ἐ]πὶ Κλεομάχου ἄρχοντος,* Titulus et posterior est anno Olymp. 118, 2. quo XII tribus institutae sunt, et, ut *Boeckhius* demonstravit, prior Olymp. 145, 1.; esse eum etiam posteriorem anno Olymp. 123, 2. etsi perquam verisimile est, at certe eo argumento non efficitur, quod ab Olymp. 118, 2. ad Olymp. 123, 3. nulli fuerint archontes eponymi sed *ἱερεῖς τῶν Σωτήρων;* nam constat nunc etiam illa aetate non aliam in decretis annorum praescriptionem fuisse, quam ex archontibus, cf. no. 113. et supra v. *Διότιμος.* —

[*Κωνσταντῖνος.* Cf. supra p. 74. no. 2. —]

Κόνων. Phlegon de mirabill. c. 27. archon Olymp. 208, 4. U. c. 809. p. Chr. 56. —

* *Τίτος Κοπώνιος Μάξιμος Ἁγνούσιος.* In titulo, quem *Rossius* edidit in libro de Dem. p. VII. est: *Ἐπὶ Τίτου Κοπωνίου ἱεροκήρυκος υἱοῦ Μαξίμου Ἁγνουσίου ἄρχοντος.* Cur is mihi archon Hadrianide tribu addita paulo recentior videatur, ibi sum commentatus. —

* *Κορνηλιανός.* C. I. Gr. no. 394., qui titulus denuo et paulo quidem integrius editus est in Ephem. Arch. no. 514., unde

apparet v. 9. sqq. sic fere supplendos esse: ἐπ[ὶ] στολιστοῦ Μουσαίου, [ἱ]ερέως Προσδοκίμου, ἄρχοντος [Κ]ορνηλιανο[ῦ]. „Titulus non ante M. Aurelium Imp. scriptus." *Boeckh.* —

[*Λεύκιος τοῦ Βουλαίου ἱππάρχου.* Cf. supra p. 77. no. 9. —]

**Λεωχάρης Παλληνεύς.* Comm. Epigr. no. 66, a. 13. —

**Λούκιος.* C. I. Gr. no. 287.: Ἐπὶ Λουκίου ἄρχοντος. Titulum non Scylacii sed in oppido Catanzaro mense Martio a. 1784 repertum et Neapoli Fr. Danielis in possessione fuisse narravit *Luigi Grimaldi* in libro „Studi Archeologici sulla Calabria ultra seconda" Neap. 1845. Cf. infra v. *Φιλόπαππος.* —

[*Λυκίσκος.* Cf supra p. 77. no. 7. —]

**Λυκομήδης.* C. I. Gr. no. 263.: οἱ ἐπὶ Λυκομήδου ἄρχοντος ἔφηβοι. Cadere videtur titulus fere in Imp. Antonini Pii aetatem.—

[*Τι. Ἰούλιος Μάκερ.* Cf. supra p. 77. no. 5. —]

Μακρῖνος. *Phlegon* de mirabill. c. 9. Archon Olymp. 223, 4. U. c. 869. p. Chr. 116.—

Μ. Βαλέριος Μαμερτῖνος Μαραθώνιος. C. I. Gr. no. 190.: Ἐπὶ ἄρχοντος Μ. Βαλερίου Μαμερτίνου Μαραθωνίου. no. 191.: τοῦ μετὰ Μαμερτεῖνον ἄρχοντος ἐνιαυτοῦ. Idem in titulo no. 192. στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα est. Fuerit vero ille archon Imp. M. Aurelio Antonino intra Olymp. 236 et 238. Cf. *Corsini* 4, p. XXXIII et 180. sq. *Boeckh.* C. I. Vol, I p. 322. —

**Μέμμιος Ἐπὶ βωμῷ Θορίκιος.* C. I. no. 272, B.: Ἐπὶ ἄρχοντος Μεμμίου ἐπὶ βωμῷ Θορικίου, in quibus ἐπὶ βωμῷ fere in familiae cognomen cessit, quod una cum praenomine sanctitatis causa in quibusdam sacris ministris, ἱεροφάντῃ, δᾳδούχῳ, ἱεροκήρυκι et ἐπὶ βωμῷ premi solebat, ut solum gentilicium nomen Romanum retineretur. Id praeclare docuit *Boeckhius* (C. I. Gr. Vol. I p. 325.); idem (p. 378.) Memmium illum ad aetatem Marci Aurelii philosophi refert,—

**Μενεκράτης.* C. I. Gr. no. 178.: ἐπὶ Μενεκράτου ἄρχοντος. „Archon est eius aetatis, ubi fasti deficiunt, post Olymp. 123, 2. *Boeckh.* —

**Μενεκράτης Ὀῆθεν.* Comment. Epigr. no. 66. b. 5. —

**Μήδειος.* Comm. Epigr. no. 24, 15. p. 50.: ἐπὶ Μηδείου [ἄρχοντος. Dixi eum in locum Medeum hunc non diversum esse ab Medeo tituli no. 43., qui ibi Medei filius dicatur muneribusque fungi ἀγωνοθέτου Παν[αθηναίων], ἀγωνοθέτου aliorum quorundam sollemnium, quorum nomen interciderit, τοῦ ἐπὶ τὴν δημ[οσίαν τράπεζαν et ἐπιμελητοῦ alicuius rei, cuius nomen itidem interciderit; *Bergkius* hoc (Z. f. Alt. 1853, p. 273.) supplet: ἐπιμελητ[ὴς τοῦ Πειραιέως; quae sententia si vera est, malim: ἐπιμελητ[ὴς τοῦ ἐμ Πειραεῖ λιμένος, ut est in hac commentatione no. 24, 9., vel τοῦ λιμένος, ut est in C. I. Gr. no. 124. (Cf. infra Add. ad no. 43, 19.). Idem Bergkius coniecit pago Medeum hunc Piraeensem fuisse atque in titulo ap. *Ross.* „die Dem." no. 14, 28. supplendum: Μήδειο]ς Μηδείου Πειραιεύς. Quod vero eundem Medeum in tetradrachma quadam ap. *Mionet* Suppl. 3, 58. commemorari statuit, ubi extet Διοκλῆ(ς) τὸ δεύτε(ρον), Μήδειος, prava nititur explicatione verborum τοῦ ἐπὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν, quae de praeside aerarii publici intellegit Bergkius. „Medeios wird als Vorstand der Staatskasse (ἐπὶ τὴν δημ. τράπ.) bezeichnet." At „mensa publica" vehementer differt ab „aerario publico." Aetas Medei fere eadem est, quae Argei Tricorysii, de quo vide supra s. v.; annus ipse, quo archon fuit, definiri nequit. —

**Μηνογένης* (?). C. I. Gr. no. 246. *Boeckhius* ad Caracallae aetatem refert. —

Μητρόδωρος. C. I. Gr. no. 266.: Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος ἀγαθῇ τύχῃ. Ἐπὶ Μητροδώρου ἄρχοντος. „Tib. Claudium esse Caligulae successorem, non Augusti, ipse se corrigens notat *Corsinus* F. A. T. IV. p. 152. nec res est dubia." *Boeckh.* Quod vero Corsinus, cum Claudius XIV annis imperarit,

†

Metrodorum primo Claudii anno Olymp. 205, 1. u. c. 794. Chr. 41 ascripsit, argumento fecit non idoneo. —

* *Μιθριδάτης.* C. I. Gr. no. 264.: *Ἐπὶ Μιθριδάτου ἄρχοντος καὶ ἱερέως Δρούσου ὑπάτου.* Praeter Mithridatem etiam Vibullium Hipparchum, Xenonemque Menneae et C. Trebellium Rufum simul archontas eponymos et sacerdotes Drusi consulis fuisse scimus (cf. supra v. *Ἵππαρχος* et infra vv. *Ξένων* et *Ροῦφος*). Eorum titulorum nullus potest prior esse Drusi consulatu priore; erat autem ille consul a. U. c. 768. et 774. p. Chr. 15 et 21. Olymp. 198, 3 et 200, 1., sed quousque apud Athenienses is mos obtinuerit, ut eponymus archon qui esset, etiam sacerdotio Drusi consulis fungeretur, non constat. *Boeckhius* (C. I. Vol. I. p. 366. coll. p. 313.) in ea videtur sententia fuisse, ut post obitum Drusi — obiit ille a. U. 776 — cessasse eam rationem statueret; nam scribit „Titulus circa annos u. c. 768 — 776 scriptus est, quo anno obiit Drusus." Mihi vel illud perquam incertum videtur. Cf. supra v. *Ἵππαρχος.* —

[*Ναυσίας.* Cf. supra p. 77. no. 6. —]

* *Νεικη.* In titulo, qui et in Ephemer. Arch. 1839. no. 328. et ab *Rossio* in Mus. Rhen. 1851. 8. p. 126. editus est, extat: *Πυλωροὶ οἱ ἐπὶ Νεικη.*, [*ἄρχοντος.* Possis supplere *Νεικη*[*ράτου*, *Νεικη*[*σίου*, *Νεικη*[*φόρου*, *Νεική*[*του*, quorum hoc ego quoque praetulerim. Litteratura et orthographia tempora referunt Romanorum imperatorum; fortasse *Νεικη..* ille Augusto imperante archon fuit. Itaque de archonte anni Olymp. 112, 1, sive is *Νεικήτης* cum *Dionysio Halic.* (p. 649. R.), sive *Νεικήρατος* cum *Diodoro* (17, 40.) dicendus est, cogitari nequit. —

* *Νεόμαχος* (?). Ephemer. Arch. no. 228. (225.): *τ*]*οὺς ἐπὶ Νεομάχου ἄρχοντος.* Dubitationis quod apposuimus signum tum ad nomen tum ad aetatem pertinet, cum et nomen in disceptatione versetur et tempore fortasse is archon antiquior fuerit, quam quem hic index complecti possit. Nomen etsi non repugnat analogiae, tamen nondum alibi repertum ideoque cogitavi de *Ν*[*ικ*]*ομάχου* rescribendo. Inest vero ibid. *ο*[*ἱ*] *ἐπὶ Ἡγεμ*, quod Pittakis supplet: *οἱ ἐπὶ Ἡγέμ*[*ονος ἄρχοντος*, qui Olymp. 113, 2 archon fuit; sed potest etiam *Ἡγεμ*[*άχου ἄρχοντος* suppleri, qui in eo magistratu fuit Olymp. 120, 1., atque huius ipsius nomen *Boeckhius* (Oec. Civ. Athen. 1, 218. not. f. ed. II[da]) tum pro *Ἡγέμ.* tum pro *Νεομάχου* rescribi vult. Quodsi constaret, ad quod usque tempus durassent apud Athenienses *ταμίαι τῶν τῆς θεοῦ*, qui eo in titulo commemorantur, sciremus saltem aetatem, infra quam descendere non posset titulus. Verum ne id quidem constat. —

Νικαγόρας ὁ νεώτερος. *Marin.* Vit. Procl. c. 36. fortasse p. U. c. 1238. p. Chr. 485. Cf. supra p. 75. no. 3. —

* *Νίκανδρος.* Ephemer. Arch. no. 855.: *Το*[*ῦ*]*ς ἐ*[*π*]*ὶ Νικάνδρου ἄρχοντος.* Titulus antiquior videtur Romanis dominantibus. —

[*Νικάρητος.* *Corsinus* (4, 166.) eum refert fere ad Olymp. 223. Scilicet in titulo C. I. no. 124. verba *κεχειροτονημένου δὲ καὶ ἐπιμελητοῦ ἐπὶ τὸν λιμένα* prave legit: *καὶ ἐπὶ Νικαρήτου.* —]

Νικήτης Σκαμβωνίδης. Comm. Epigr. no. 66. a. 43. Cf. supra p. 71. —

Νικίας Σαραπίωνος Ἀθμονεύς. C. I. Gr. no. 477.: *Ἐπὶ ἄρχοντος Νικίου τοῦ Σαραπίωνος Ἀθμονέως.* *Corsinus* (4, 138.) ad annum Olymp. 188, 2. U. c. 727. a. Chr. 27 refert. Atque sane illo anno, quo est Octaviano Augusti cognomen datum, titulus prior esse nequit, quo Caesar Augustus dicitur: *Boeckhius* autem annum, quo Nicias archon et Eucles Marathonius *στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας* fuerunt, ex inscriptione no. 312. accuratius definit; cadere enim fere intra annos 742 et 754 a. U. c. —

* *Ξένων Μεννέου Φλυεύς.* C. I. Gr. no. 181.: *Ἄρχων καὶ ἱερεὺς Δρούσου ὑπάτου Ξένων Μεννέου Φλυεύς.* Cf. quae scripsimus v. *Μιθριδάτης.* —

** *Ὄλβιος.* Ephem. Arch. no. 369. *Curt.* Inscrr. Attic. no. 1.: *τὸν ἐνιαυτὸν τὸν ἐπὶ Ὀλβίου ἄρχοντος.* Rogationis, quae eo in titulo continetur, auctor esse dicitur *Ἀμυνόμαχος Φιλοκράτου Βατῆθεν*, qui etiam

in alia inscriptione C. I. Gr. no. 183. commemoratur; huius vero aetas inde apparet, quod ipse et Timocrates Potamius ab Epicuro testamenti tabulis heredes scripti atque illi superstites erant; Epicurus autem fato perfunctus est Olymp. 127, 2. Sic etiam Olbii annus aliquatenus definitur. Cf. *Boeckh.* Oec. Civ. Ath. 1, 259. ed 2da. —

Ὀλυμπιόδωρος. Dionys. Halic. in Dinarch. p. 651. Reisk. *Corsinus* (4, 74.) et *Clintonus* eum ad Olymp. 121, 3. referunt, sed quia apud Dionysium duorum archontum nomina interciderunt, neque vero constat, quo loco posterius nomen interciderit, fieri potest, ut sit ille uno anno posterior; hinc *C. F. Hermannus* (in Zeitschr. f. A. 1845. Juli p. 592.) anno Olympiadis 121, 4 eum ascribit. Cf. infra v. *Φίλιππος*. —

[*Μουνάτιος Οὐοπίσκος.* Cf. supra p. 74. no. 14. —]

Παράμονος. Huic Dionysius aliquis successit; cf. supra v. *Διονύσιος*. —

* *Πειθόδημος.* Ephem. Arch. no. 1.: *Ἐπὶ Πειθιδήμου ἄρχοντος.* Correxit nescio quis: *Πειθοδήμου.* Certe Clarisseus, qui in libello „Inscriptiones Graec. III.“ titulum ex Eph. Arch. no. 1 repetiit, habet iam: *Πειθ[ό]δημος.* Verum possis etiam *Πει[σ]ίδημος* coniicere; *Πεισίδαμος* est apud *Ross.* Inscrr. 2, 98. C. I. 5783; composita ex *Πεισι* praeter quae habet Papeus collecta, novimus *Πεισιάναξ* Ephem. Arch. no. 28. *Πεισιθέα* C. I. 4325. *Πεισικλείδης Ross.* „die Demen“ 52. *Πεισίνικος Ross.* Inscrr. 2, 183, b. — Rogatio, quae illam habet praescriptionem, facta esse dicitur per *Χρεμωνίδην Ἐτεοκλέους Αἰθαλίδην*, ex quo *ὁ Χρεμωνίδειος πόλεμος* est dictus, pertinetque ad foedus inter Athenienses et Lacedaemonios Areumque componendum, quorum utrique iam Ptolemaeo regi foederati esse dicuntur. *Clarisseus* l. c. pag. 14. quod eum archonta ascribit anno Olymp. 127, 2, me neque assentientem hubet neque repugnantem, cui illud modo patet titulum, in quo Areus rex Lacedaemoniorum et Ptolemaeus Philadelphus et *Ἀχαιοὶ* communi nommine commemorentur, neque post Olymp. 128, 4., quo anno perierit Areus, neque ante Olymp. 124, 2., quo Ptolemaeus Philad. regnum capessiverit, aut ante Olymp. 124, 4., quo vetus Achaeorum societas restituta sit, scribi potuisse. —

* *Πείσων.* C. I. Gr. no. 402.: *Πείσωνα λεύσσεις, ἱππικ[ῶ]ν ῥ[ήτορα] Ἄρξαντ' Ἀθηναίοις δὲ τὴν ἐπ[ώνυμον].* Aetatem eius Pisonis ignoro. —

* *Πλείσταινος Σωκλέους Κεφαλῆθεν.* C. I. Gr. no. 374.: *Πλείσταινον Σωκλέους Κεφαλῆθεν ἡ γυνὴ Πλεῖστις καὶ ἡ θυγάτηρ Σωσινίκη ἄρχοντα γενόμενον Διονύσῳ ἀνέθηκαν.* „Titulus est mediae aetatis, ubi archontum catalogus deficit.“ *Boeckh.* Prior fuerit Romanis dominantibus. —

* *Ποδύκιπος* (?). *Ross.* „die Dem.“ no. 10. A. 20.: *ἐπὶ Ποδυκίπο[υ.* Significari his archonta eponymum probabiliter statuit Rossius, qui nomen vult barbarum esse, fortasse reguli Thracii. De tempore cf. infra v. *Ῥοιμητάλκας*. —

* *Πολύκλειτος.* Ei successit Iason. Cf. *Ἰάσων*. —

Πολύχαρμος (?). *Cicer.* ad Attic. 5, 11.. „Cum Patron mecum egisset, ut peterem a vestro Areopago, *ὑπομνηματισμὸν* tollerent, quem *Polycharmo praetore* fecerant.“ Scripta ea epistola est ab Cicerone proconsule Ciliciae i. e. a. U. 703, a. Chr. 51; Polycharmus igitur eo anno nequit recentior, sed potest paulo vel etiam multo antiquior esse. „Praetoris“ autem voce illic, ut in loco quodam *Pauli Diaconi* (hist. Miss. lib. IV.), eponymum archonta significari non est quidem certum, at probabile, etsi non nego sic apud Latinos scriptores plerumque imperatores potius sive *στρατηγοὺς* dici, veluti ap. *Nepot.* 1, 4, 4. „creant decem praetores“ ib. 6, 3. „in decem praetorum numero,“ contra eponymum vel ipso Graeco archontis nomine (cf. *Cicer.* de fat. 9. infra v. *Πυθάρατος*. *Spartian* in Hadrian. c. 19. supra v. *Ἀδριανός*. *Trebell.* in Gallien. c. 11. supra p. 75.) vel „magistratus“ vocabulo designari (*Plin.* n. h. 33, 7, sect. 37. „XC annis ante Praxibulum Atheniensium magistratum“ *Id.* 3, 5 s. 9. §. 58. „scripsit Nicodoro Atheniensium

magistratu qui fuit urbis nostrae CCCCXL. anno." *Senec.* epist. 98. „hoc certe in his epistolis ait (Epicurus sc.), quas scripsit Charino magistratu ad Polyaenum." Praxibulus erat Olymp. 116, 2., Nicodorus Olymp. 116, 3., Charinus Olymp. 118, 1 archon eponymus. —

Τινήϊος Ποντικὸς Βησαιεύς. C. I. Gr. no. 192.: *Ἐπὶ ἄρχοντος Τινηΐου Ποντικοῦ Βησεέως. Corsinus* (4, 180.) eum ad Olymp. 236, 1 refert, rectius in indice *circa eum annum* cum magistratu fuisse tradit. C. I. Gr. no. 193.: *ἐπὶ τοῦ μετὰ Τεινήϊον Ποντικὸν ἄρχοντα ἐνιαυτοῦ.* —

**Ποσειδώνιος.* Ephemer. Arch. no. 590.: *ἐ]πὶ Ποσειδωνίου [ἄ]ρχοντος ἀνέθηκαν.* Est, ni fallor, Macedonicae aetatis. —

**Προκλῆς.* Comment. epigraph. no. 37, 11.: *Οἵδε ἀπέδωκαν τὰς ἀπαρχὰς ἐπὶ Προκλέου [Ἄρ]χοντος.* Antiquior est, ni fallor, Romanis dominantibus. —

[*Πρόςδεκτος.* Cf. supra p. 77. no. 12.—]

[*Φλάβιος Πρυλάδης.* Cf. supra p. 74. no. 1. —]

[*Πρῶτος.* Cf. supra p. 78. no. 17. —]

Πυθάρατος, archon Olymp. 127, 2. Apud *Diog. Laert.* (10, 15.) Epicurum obiise scribit Apollodorus *κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ρκζʹ Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Πυθαράτου. Cicer.* de fat. 9. „Morietur Epicurus - Archonte Pytharato." *Pseudo-Plutarch* Vit. X Oratt. T. 12. p. 276. Hutt.: *Ἄρχων Πυθάρατος.* C. I. Gr. 225.: *Πυθάρατος ἦρχεν.* —

Βασιλεὺς Ῥοιμητάλκας. C. I. Gr. no. 265.: *οἱ ἐφηβεύσαντες ἐν τῷ ἐπὶ Βασιλέως Ῥοιμητάλκα ἄρχοντος ἐνιαυτῷ. Ross.* „die Demen" no. 10, 10. *ΕΠΙ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΑΝ* || ..... *Καῖσαρ Αὐτο* || *κράτωρ ἀνεδείχθη* || *εὐσεβεῖς πυλω[ροί.* Rossius narrat versu decimo exeunte fieri posse, ut una vel duae litterae exciderint, versu autem undecimo incipiente quinque litteras consulto erasas videri; *N* denique quid hic loci significet, sibi non magis constare, quam quem in modum lacunam versus undecimi expleri oporteat, sententiam vero desiderari fere hanc, illo anno Caesarem (Octavianum) declaratum esse Imperatorem, quod cum a. U. c. 725. factum sit, ut perpetuum illi imperatoris nomen deferretur (*Dio Cass.* 52, 41.), huic anno adsignandum esse eponymum archonta regem Rhoemetalcam. Boeckhium quidem recte perspexisse eo nomine non regem Bosporanum dici, qui Antoninorum aetate vixerit, sed Thracium aliquem regulum, cum vero ille non potuerit non dubitare, utrum antiquior, qui ab Antonio ad Augustum desciverit, an huius ex fratre nepos significetur, qui a. U. c. 772. imperium capessiverit, nunc dubitari amplius non posse, quin patruus eponymus archon Atheniensium fuerit. Me quo minus plane assentiar, prohibet primum, quod titulo no. 10. neque est ascriptum, *Ἐπὶ Ῥοιμητάλκα [Βασιλέως ἄρχοντος, ἐφ' οὗ] Καῖσαρ Αὐτοκράτωρ ἀνεδείχθη,* neque tali complemento excipiendo suffecerit spatium, quale Rossius describit, dein quod non perspicio, cur data opera erasae sint litterae, si illud fere fuerit eorum argumentum. Caracallam scimus cum Getam fratrem in sinu matris interfecisset, etiam in saxa saeviisse et Getae nomen ut publicis ex monumentis eraderetur curasse, id quod nescientem vel unus arcus Severi hodieque Romae superstes docere potest. „In titulis ex Aegypto reportatis id (ut nomen Caesaris de industria deleretur) fere in Commodo, Geta, duobus Philippis factum animadvertimus." *Franz* C. I. 3, p. 1226. Num hic quoque vel metus vel odium fecit, ut aliquod nomen eraderetur? Cum praenomen imperatoris iam Iulius Caesar a. U. 708 receperit (*Sueton.* Caes. c. 76. *Dio Cass.* 43, 44.), fieri poterat, ut illo interfecto Athenienses inflammati eodem odio, quo Bruti et Cassii statuas prope ab Harmodii et Aristogitonis collocabant (*Plut.* Brut. 24. *Dio Cass.* 47, 20.), nomen *Ἰούλιος* e columna eraderent; sic fuerit annus Rhoemetalcae a. U. 708, siquidem idem in utraque columna significatur nomen. Nomen Rhoemetalcae nuper in Aegyptio quodam titulo C. I. Gr. Vol. 3. p. 1213. no. 4814, b. repertum est, *ἐγὼ Ῥοιμητάλκας εἶδον,* qui a Franzio dubitatur sitne ex regia familia Thraciae aut Bospori. Ceterum in *ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΑΝ Keilius* coniecit latere: *Ῥοιμητάλκα νεωτέρου.* —

**Κόϊντος Τρεβέλλιος Ῥοῦφος Κοΐντου υἱὸς Λαμπτρεύς.* Ephem. Arch. no. 59.: *Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων Κ. Τ. Ῥ. Κ. υ. Λ. ἀρχιερέα πρῶτον* (?) *ἐπαρχείας τῆς ἐκ Ναρβῶνος καὶ ὕπατον — καὶ πάσαις τιμαῖς ἐν τῇ πατρίδι Τολώσῃ τετιμημένον καὶ ἄρχοντα ἐπώνυμον ἐν Ἀθήναις καὶ ἱερέα Δρούσου ὑπάτου καὶ ἱερέα Εὐκλείας καὶ Εὐνοίας διὰ βίου.* Illum quo anno Romae consul, eodem archonta eponymum Athenis fuisse titulus hic docet; cum autem sine dubio e numero suffectorum fuerit, quemnam in annum cadat eius consulatus, ignoratur, neque, quod sciam, alibi nomen reperitur. Cf. quae scripsi v. *Μιθριδάτης.* —

**Σαλλουστιανός.* Ephem. Arch. no. 344.: *ἐπὶ] Ἄρχοντος Σαλλουστια[νοῦ ....] λίωνος Φλυέως.* Scribendum videtur: *Ἀπελ]λίωνος* (nomen novimus ex C. I. Gr. 2562. 3140, 5) vel *Κεφα]λίωνος* cum *Keilio.* Archonta fuisse eum Hadriani temporibus Pittacis in illum titulum scribit, nescio quo nisus argumento; in Ephem. no. 145. extat: *Αὐτοκρ]άτορα Καίσαρα Τραϊανὸν Ἀδριανὸν Σεβαστὸν Ὀλύμπιον τὸν ἴδιον σωτῆρα καὶ εὐεργέτην Σαλλουστιανὸς Δημοστράτου Φλυεύς.* Cum Olympius sit Hadrianus dictus ab Olympieo Athenis perfecto ideoque tituli, in quibus ille id additum habet cognomen, non possint anno Ol. 227, 3. esse antiquiores (cf. *Boeckh.* in C. I. Gr. no. 331. 342.), anno autem Olymp. 229, 2. p. Chr. 138. U. c. 891. obierit Hadrianus, titulus no. 145. necesse est cadat intra annos Olymp. 227, 3. et 229, 2. Verum etsi Sallustianus Demostrati Phlyensis sine dubio cognatione attigit Sallustianum Apellionis Phlyensem, at tamen non est idem; huius igitur annum non ausim definire. —

Δείδιος Σεκοῦνδος. Cf. v. *Δείδιος.* —

**Σέλευκος.* Cf. supra v. *Αἰσχραῖος.* —

**Σέξτος.* Ross. „die Demen" no. 29.: *Ἐπ]ὶ ἄρχοντος Σέξτου.* Titulum Rossius testatur per litterarum formam non posse secundo p. Chr. saeculo antiquiorem esse. —

[*Σιμ.* C. I. Gr. no. 205.: *Ἄρχοντος Σίμ[ου τοῦ Εὐκ]ράτο[υ.* Sic supplevit *Boeckhius.* Sed titulus est Tenius, non Atticus; cf. *Boeckh.* C. I. Vol. 2 p. 250. et supra p. 77. no. 13. —]

**Φλάβιος Στράτων.* Ephem. Arch. no. 860.: *Ἐπὶ Φλαβίου Στράτωνος Ἄρχοντος.* Commemoratur ibi: *κοσμητεύοντος Τι. Κλαυδίου Δᾳδούχου Μελιτέως,* atque *Τι. Κλαύδιος Δᾳδοῦχος* est etiam in C. I. no. 436. sed non addito pagi nomine; verum ut qui no. 435. extant, Tib. Claud. Patron et Tib. Claud. Lysiades, Melitenses sunt, quorum hic non fuerit diversus ab Tib. Claud. Lysiade daducho (C. I. no. 423.), ita omnes Tib. Claudii daduchi, de quibus *Boeckhius* (C. I. I. p. 442.) disseruit, pago videntur Melitenses fuisse. Aetas fuerit fere eadem, quae tituli C. I. no. 423., quem *Corsinus* circa Olymp. 230. ponit. —

**Στράτων [Κ]αλλικράτους Αἰξωνεύς* (?). Ephem. 241. Aetas incerta. —

**Σύλλας* (?). C. I. no. 246. II, 10.: *ἐπὶ Σύλλα.* Aetas incerta.

**Σωσικράτης.* *Ross.* „Die Demen" no. 16.: *Οἱ ἐφηβεύσαντες ἐπὶ Σωσικράτου ἄρχοντος.* Palaeographicis rationibus motus Rossius titulum ad seculi vel tertii posteriorem vel secundi ante Christ. partem priorem referendum esse dicit. —

Σῶσπις δᾳδοῦχος (?). Cf. supra p. 78. no. 15. —

**Ταυρίσκος.* C. I. no. 126., *ἄρχων μὲν Ταυρίσκος.* „Circa aetatem Antoninorum vel paulo post" *Boeckh.* —

[*Φαίδων.* Cf. infra v. *Φίλιππος.* —]

**Φαναρχίδης* (?). C. I. Gr. no. 113. Litteras *αφαναοχίδην Boeckhius* supplevit: *ἐπὶ αρχοντος τοῦ μετ]ὰ Φανα[ρ]χίδην,* id quod perquam incertum est. —

**Τίτ. Αὐρ. Φιλήμων Φιλαΐδης.* C. I. Gr. 425.: *Ἐπὶ ἄρχοντος Τίτ. Αὐρ. Φιλήμονος Φιλάδου.* Idem no. 191. est *στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα,* ubi cum itidem reperiatur *Αὐρηλίου Φιλήμονος Φιλάδου*, *Boeckhius* docet, *Φιλάδου* non esse aliud ac *Φιλαΐδου,* at non lapicidae vitio deberi, sed illa aetate eam formam videri usitatam fuisse, scriptum autem esse titulum M. Aurelio et L. Vero imperantibus. —

Φιλῖνος, archon Olymp. 249, 4. aut, ut alii volunt, 250, 1. *Africanus* ap. Euseb. Chron. p. 47. cf. supra p. 74. et *Boeckh.* in C. I. Gr. Vol. 2. p. 307. —

* *Φιλιππίδης*. *Ross.* „Die Demen" no. 21.: *Ἱε]ροποιοὶ οἱ ἐπὶ Φιλιππίδου Ἀρτέμ]ιδι.* Omissum hic *ἄρχοντος* vocabulum, id quod est etiam in *Ποδυκίπου*, *Ῥοιμητάλκα*, *Φιλοπάππου* factum, potest sane dubitationem movere, sitne eponymus archon significatus. Titulum propter ō brevius reliquis litteris refert Rossius ad tertium a. Chr. saeculum. —

Φίλιππος. C. I. Gr. no. 6084.: *Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς ἐγεννήθη ἐπὶ ἄρχοντος Σωσιγένους, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ν̄ καὶ β̄ ἐπὶ ἄρχοντος Φιλίππου κατὰ τὸ β̄ καὶ λ̄ ἔτος τῆς Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος βασιλείας.* Atque Menandrum decessisse, cum esset annorum LII., habent etiam Apollodorus ap. *Gell.* 17, 4. et scriptor anonymus *περὶ κωμῳδίας* p. XV. ed. Paris. 1842. Iam vero *ἐτῶν ὑπάρχων νβ', πεντήκοντα καὶ δυοῖν ἐτῶν* cum recte dicatur, qui LII^dum^ annum agit, LI annos natus est, ubi anno Olymp. 109, 3., quo Sosigenes archon fuit, addideris LI integros annos, incides in Olymp. 122, 2. Ptolemaeum autem Sotera qui XL annos regnasse volunt, annos XVII, per quos satrapa erat, annis XXIII addunt, quos rex erat, eosque computant ab anno Olymp. 114, 2. *Porphyr.* ap. Scaliger. Euseb. p. 59, 3.: *Πτολεμαῖος μετ' ἐνιαυτὸν σατράπης εἰς Αἴγυπτον πέμπεται, καὶ σατραπεύει μὲν τὰ πρῶτα ἔτη ζ καὶ ί, βασιλεύει δὲ ἔτη τρία καὶ εἴκοσιν, ὥςτε τὰ πάντα μ' λογίζεσθαι αὐτῷ ἄχρι τῆς τελευτῆς.* Ab anno autem Olymp. 114, 2. ubi annos XXXII integros computaveris, itidem reperies Olymp. 122, 2.; ubi non integros, Olymp. 122, 1. Ex ea igitur temporis nota, quam titulus ille de Menandro poeta continet, Philippus archon ascribendus est anno Olymp. 122, 1. vel 122, 2. Atque Olymp. 122, 1. obiisse Menandrum etiam Eusebius tradit et Gellius docet, quorum hic (17, 21, 42.) L. Livium poetam fabulas docere Romae coepisse scribit post Menandri mortem annis circiter quinquaginta duobus; nam Livius primam fabulam docuit a. U. c. 514. a. Chr. 240. Olymp. 135, 1.; inter Olymp. 135, 1. autem et Olymp. 122, 1. intersunt LII anni. — Neque aliud illae temporis notae probant, quas Dionysius Halicarnasseus in libro de Dinarcho habet; hic enim tum (p. 647. Reisk. 638, 4.) ab Nicophemo archonte, sub quo eum oratorem statuit natum esse, Philippum septuagesimum dicit archonta esse, tum (p. 634. *ἐλθὼν εἰς Χαλκίδα τὴν ἐν Εὐβοίᾳ τὸν ἀπ' Ἀναξικράτους χρόνον ἕως Φιλίππου πεντεκαιδεκαετῆ γενόμενον.* cf. 639, 3. 650, 1. 651, 2. et *Pseudo-Plutarch.* X Oratt. Vit. XII. p. 274. H. *ἐπ' Ἀναξικράτους ἄρχοντος ἔφυγεν εἰς Χαλκίδα, διατρίψας δ' ἐπὶ τῆς φυγῆς ὡς πεντεκαίδεκα ἔτη*), inter Anaxicratem archontem, sub quo Dinarchus secesserit Chalcida Euboeae et Philippum, sub quo illi et reliquis exulibus Demetrius rex redeundi fecerit potestatem, XV annos interiectos esse scribit. Cum vero Nicophemus Olymp. 104, 4., Anaxicrates autem Olymp. 118, 2. archontes eponymi fuerint, ubi ab illo LXX, ab hoc XV annos computavĕris, utrinque annus Olymp. 122, 1. redibit. Itaque idem erat Philippus archon, sub quo Menander obiit et sub quo Dinarchus reversus est, id quod verissime scribit *Clintonus* (F. H. II, p. XIV. sq. et ad a, 292, 3. 291, 4.). Sic refellitur et *Corsini* (F. A. 4, p. 74—78.) sententia, qui duos archontas Philippos distinguit, quorum prior Olymp. 121, 4., alter Olymp. 122, 3. cum magistratu fuerit, et Scaligeri, qui in *Ὀλυμπ. ἀναγρ.* Philippum et anno Olymp. 121, 4. et Olymp. 123, 2. archonta ascribit et Scheibeli, qui (ad *Ὀλυμπ. ἀναγρ.* p. 135. sq.), id quod multo minus fieri potest, eundem Philippum per duos annos continuos Olymp. 121, 4. et 122, 1. archonta statuit fuisse et coniecturas quasdam incredibiles in titulo no. 6084. commentus est, — Praestantissimus *Welckerus* (N. Mus. Rhen. 3, 464.) narrat in schedis Pirronis Ligorii, quae in bibliotheca Vaticana repositae sint, hunc ipsum titulum ea quoque discrepantia descriptum esse, ut pro *ἐπὶ ἄρχοντος Φιλίππου* offerat *ΦΑΙΔΩΝΟΣ*; hinc orginem derivandam esse corrupti *ΦΡΑΙΠΛΟΣ*, quod Gruterus p. 918, 12. praebeat; itaque Philippum dicit Olymp. 122, 1., Phaedonem vero Olymp. 122, 3. archonta fuisse. Persuasit Welckerus *C. Fr. Her-*

manno (Zeitschr. f. Alterth. 1845. p. 587.), non persuasit *Franzio* (in C. I. 3, p. 837,), qui in *ΦΡΑΙΠ* multo magis *ΦΙΛΙΠ* quam *ΦΑΙΔ* latere intellexit. Sane in indice archontum, quem Dionysius Halic. l. c. p. 648—651. tradit, duo archontum nomina omissa sunt, cum ille LXX promittat se exhibiturum esse archontas a Nicophemo ad Philippum, exhibeat autem modo LXVIII. Atque Hegesiae nomen inter Anticlem et Cephisodorum intercidisse apparet ex *Diodoro* (17, 113.); alterum nomen intercidit post Nicoclem et ante Philippum; nam ad Nicoclem usque, id est usque ad Olymp. 119, 3., conspirant Dionysii cum Diodori archontibus. Sed quo ante Philippum et post Nicoclem loco nomen interciderit, nunc iudicari nequit; nam quod *Clintonus* proximo ante Philippum et post Olympiodorum loco nomen intercidisse vult, id ratione nulla nititur. —

**Φιλόνεως* (?). Ephem. Arch. 1080.: *ΘΕΟ* || *ΕΠΙ ΦΙΛΟΝΕΟΑΡΧΟ* .... *ΗΣΚ*. i. e. *θεο*[*ί*] *ἐπὶ Φιλόνεω ἄρχ*[*οντος*]. Litteratura videtur esse Euclide antiquior, nomen quoque ut illius aetatis novimus tum ex Ephem. no, 863, 14, tum ex *Antiphont.* 1, 14., atque *Φιλόνεως Ἰδομενέως Κηφισιεὺς* Olymp. 93, 4. princeps erat de quaestoribus Minervae; cf. *Boeckh.* Oecon. Civ. Ath. 2, 151. Verum ante Euclidem nullus omnino annus est, ad quem eum archonta retuleris. —

**Φιλόπαππος*. C. I. Gr. no. 200.: *Ἐπὶ Φιλοπάππου* [*τοῦ*] *καὶ Λ. Αἰλιανοῦ οἵδε ἦλθον τῆς Ἐρεχθεῖδος πρυτάνεις*. Hic vero *Φιλοπάππου Καιλιανοῦ* coniecit *Keilius*. Aetatem Romanam referunt nomina *Κλαύδιος* et *Γάϊος*, aetatem Hadriano non antiquiorem tum formae litterarum *Α* et *Σ* tum compendia scripturae verborum *πρεσβύτερος*, *νεώτερος*. Ceterum de Philopappo Epiphanis filio Besaeensi ut de aliis Philopappis cf. *Boeckh.* in C. I. Gr. Vol. I. p. 432. —

Φιλότειμος Ἀρχεσιδήμου Ἐλεούσιος. C. I. Gr. no. 276. (cuius tituli partem sinistram tamquam ineditam repetiit Ephem. Arch. no. 50.): *τοὺς ἐφηβεύσαντας ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοτείμου τοῦ Ἀρχεσιδήμου Ἐλεουσίου*. *Corsinus* in aetate definienda adeo sibi non constat, ut titulum modo ad Hadriani, modo ad Antonini Pii, nunc ad M. Aurelii Imper. aetatem referat; *Boeckhius* suspicatur eum fortasse Commodo Imp. esse scriptum. —

**Φροντεῖνος*. Cf. v. *Καλλίφρων*.

**Χαρίας*. C. I. Gr. I. p. 909. no. 226, b.: *Χαρίας ἦρχε*. „Archon est eius aetatis ubi fasti deficiunt“ *Boeckh.* Videtur in Macedonica tempora cadere. —

Titulus in Ephemer. Archaeol. no, 578. continet: *ἐ*[*πὶ*] *Θεοφήμου*, *ἐπὶ Ἡρώδου*, *ἐ*[*πὶ*] *Λευκίου*, *ἐπὶ Καλλι*[*μήδ*]*ου* (?), *ἐπὶ Διοκλέ*[*ους*], *ἐπὶ Ἀριστογ*[*είτονος* (?), *ἐπὶ Ζήν*[*ωνος*, quae fuerintne Atticorum archontum nomina, ut Graeco editori placuit, nescio; *Θεόφημον*, *Ἡρώδην*, *Λεύκιον*, *Καλλιμήδην*, *Διοκλῆν* superior index continet; addenda igitur fuerint tantum *Ἀριστογ*... et *Ζήν*[*ων*.

Addam quasdam clausulas, quae de nominibus archontum Atticorum supersunt, veluti — *ήδης* ex Comm. Epigr. no. 64., — *δος* ex Ephem. Archaeol. no. 568., ubi est *Π*]*αλληνεὺς λαχὼν γραμματεὺς* [*τὸν ἐπὶ* ...] *δος ἄρχοντος ἐνιαυτόν*, — *λου Παλληνέως* ex C. I. Gr. no. 275., — *λ*....*χου ἄρχοντος* ex C. I. no. 113., ubi Boeckhius coniecit: *Κ*]*λ*[*εομά*]*χου*, cf. supra v. *Κλεύμαχος*, — *σόνικος* ex C. I. no. 122., quod suppleri potest *Ἴ*]*σόνικος*, nomen non ignotum, maiora enim supplementa spatium non patitur; *ωδος ἄρχοντος* ex Ephem. no. 1369.; estne *Ἡρ*]*ώδο*[*υ*? — *άχου ἄρχοντ*[*ος* ex Ephemer. no. 1409., ubi Pittacis supplet, non admodum caute: *Ἡγεμ*]*άχου*.


Sic Corsinianus index archontum liberatus est XXVI nominibus *Ἀθηνίων*, *Ἀντίγονος*, (cf. p. 77.) *Ἀπελλᾶς*, *Ἀρίσταρχος*, *Ἀριστίων*, *Ἀτελιανός*, *Ἀττικός*, *Δημοχάρης*, *Διονύσιος ὁ μετὰ Λυκίσκον*, *Διόφοβος* (ibid.), *Θεαγένης*, *Θεμιστοκλῆς Βησαιεύς*, *Θεόπομπος*, *Ἱκέσιος*, *Κωνσταντῖνος*, *Λεύκιος τοῦ Βουλαίου*, *Λυκίσκος*, *Μάκερ*, *Ναυσίας*, *Νικάρητος*, *Μουνάτιος Οὐοπίσκος*, *Πρόσδεκτος*, *Πρυλάδης*, *Πρῶτος*, *Σιμ*...., *Φαίδων* male per Corsinum aliosve eo relatis, quibus si


***

addideris, quod tum Hadriani tum Philippi singulos sustulimus magistratus, sublata erunt nomina XXVIII. Retinuimus vero XXXXIV nomina Ἀγαθοκλῆς, Ἀγασίας, Ἀδριανός, Ἀναξικράτης, Ἀντίθεος, Ἀντίπατρος, Ἀπολλώνιος, Ἀῤῥενίδης, Κλ. Ἀτταλός, Γαλλιηνός, Γοργίας, Δεινόφιλος, Δέξιππος, Δημοκλῆς, Δημόστρατος, Δημόστρατος Μαραθώνιος, Διόγνητος, Διοκλῆς, Διονύσιος, Διονύσιος ὁ μετὰ Παράμονον, Διονυσόδωρος, Δίφιλος, Δομετιανός, Εὐβίοτος, Ἡρακλείδης Μελιτ., Ἡρώδης, Τι. Κλ. Ἀττικὸς Ἡρώδης, Θέων, Θράσυλλος, Ἰάσων, Γ. Ἰούλιος Κάσιος, Κόνων, Μακρῖνος, Μαμερτῖνος Μαραθώνιος, Μητρόδωρος, Νικαγόρας ὁ νεώτερος, Νικίας Σαραπίωνος Ἀθμονεύς, Ὀλυμπιόδωρος, Παράμονος, Ποντικὸς Βησαιεύς, Πυθάρατος, Ῥοιμητάλκας Βασιλεύς, Σῶσπις, Φιλῖνος, Φίλιππος, Φιλότειμος. Denique adiecta sunt ut nova, Ἁγνόθεος, Ἀθηνόδωρος, Αἰλιανός, Αἰσχραῖος, Ἀλκαμένης, Ἀντίμαχος, Ἀντίπατρος ὁ νεώτερος, Ἀντίφιλος Ἀφιδναῖος, Ἀπολλώνιος Στειριεύς, Ἀργεῖος, Ἄρειος, Ἀριστόξενος, Ἀρκεσίλαος, Ἀρχέλαος, Ἀχαιός, Δείδιος Σεκοῦνδος Σφήττιος, Αὐρήλιος Δημ...., Φλ. Διογένης Μαραθώνιος, Διοκλῆς Κυδαθηναιεύς, Διοκλῆς Διοκλέους, Διομέδων, Αὐρ. Διονύσιος, Διότιμος, Ἐπικλῆς, Ἐργοκλῆς, Ἐργοχάρης Σφήττιος, Εὐφίλητος Προβαλίσιος, Ἐχεκράτης, Ἡράκλειτος Ἀθμονεύς, Θεόφημος, Θεόφιλος ἐξ Οἴου, Θερσίλοχος, Θυμοχάρης, Ἰάσων, Ἰάσων ὁ μετὰ Πολύκλειτον, Λ. Οὐιβ. Ἵππαρχος Μαραθ., Ἰσαῖος, Καλλικρατίδης, Καλλιμήδης, Καλλίφρων, Καλλίφρων ὁ πρεσβύτερος, Καλλιφ[ῶν] ὁ πρεσβύτερος, Κλεόμαχος, Κοπώνιος, Κορνηλιανός, Λεωχάρης Παλληνεύς, Λούκιος, Λυκομήδης, Μέμμιος ἐπὶ βωμῷ Θορίκ., Μενεκράτης, Μενεκράτης Ὀῆθεν, Μήδειος, Μηνογένης, Μιθριδάτης, Νεικη..., Νεόμαχος, Νίκανδρος, Νικήτης Σκαμβωνίδης, Ξένων, Ὄλβιος, Πειθόδημος, Πείσων, Πλείσταινος, Ποδύκιπος, Πολύκλειτος, Ποσειδώνιος, Προκλῆς, Ῥοῦφος Λαμπτρ., Σαλλουστιανός, Σέλευκος, Σέξτος, Φλ. Στράτων, Στράτων Αἰξωνεύς, Σύλλας, Σωσικράτης, Ταυρίσκος, Φαναρχίδης, Φιλήμων Φιλαΐδης, Φιλιππίδης, Φιλόνεως, Φιλόπαππος, Φροντεῖνος, Χαρίας. Cum nomina Φιλόπαππος et Φροντεῖνος iisdem fuerint archontibus, quibus nomina Αἰλιανός et Καλλίφρων, nova adiecimus LXXXI. Dubitationem hanc vel illam movent XIV nomina Ἀγασίας, Δέξιππος, Δημόστρατος Μαραθώνιος, Διοκλῆς, Καλλιφῶν, Μηνογένης, Νεόμαχος, Ποδύκιπος, Πολύχαρμος, Σύλλας, Σῶσπις, Φαναρχίδης, Φιλόνεως. Itaque ex aetate, quae anno Olymp. 121, 2. posterior est, novimus iam fere CXXV nomina Atticorum archontum eponymorum; ex priore aetate, si addideris Φορμίωνα ἀρχαῖον Ἀθηναῖον μετὰ Σόλωνα ἄρχοντα ex *schol. Aristoph.* Pac 843. et Πεισίστρατον Hippiae fratrem intra Olymp. LXIII et LXVI praetura fungentem ex *Boeckhii* commentatione de archontib. Attic. pseudeponym. p. 2., novimus CCXXXIX; hinc utriusque aetatis ab Creonte ad Philinum usque iam fere constant CCCLXIV nomina, ignorantur autem fere DXXXVII. —

№ 68.

ΥΛΑ ΑΡΧ
\ΕΙΑΣΕΙΦ
ΤΕΥΕΝΘΑΡΓΗΛ
Σ . ΡΥΤΑΝΕΙΑΣΤΡ ΓΕΨΗ
ΕΡΧΙΕΥΣΕΔΟΞΕΝΤΗ ΣΙΓΠΟΣ
ΕΥΣΕΙΓΕΝΓΕΡΙΩΝΟΙΑΚ ΕΣΛΕΤΟΥ
ΩΝΚΑΙΚΑΡΦΙΝΑΣΟΙΓΕ ΝΕΩ ΕΣΔΕΔΟΧΘΑ
ΩΙΕΓΕΙΔΗΦΟΡΜΙΩΝΚΑΙΚΑΡ ΝΑΣ ΟΝΤΕΣΓΑΤΡΟ
ΟΙΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥΑΘΗΝΑΙΩΝΔΙΑΦΥΛΑΤΤΟΥΣΙΝ
ΝΟΙΛ ΗΝΟΙΓΡΟΓΟΝΟΙΑΥΤΟΙΣΓΑΡΕΔΟΣΑΝΓΡΟΣ
ΙΜΟΝΤΟΝΑΘΗΝΑΙΩΝΚΑΙΝΥΝΙΒΟΗΘΗΣΑΝΤΕ ΣΤΑΛ
ΙΩΣΣΥΝΚΑΤΕΙΑΤΤΟΝΤΟΜΕΤΑΘΗΝΑΙΩ. . . . ΙΤΙΟ
ΑΤΗΣΩΣΓΑΡΑΓ ΙΣ ΛΟΙΕΓΑΙΝΕΣΑΙΑΥΤΟ. . . . ΣΕΣ
ΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΕΚΑΤΕΡΟΝΑΥΤΩΝΧΡΥΣ. . . ΤΕΦ/
ΕΙ ΦΟΡ ΙΩΝΑΤΟΝΦΟΡΜΙΩΜΟΣΚΑΙΚΑΡ ΙΝ
ΚΟΝΟΚΗΣΑΤΟΝΑΘΗΝΑΙΟΝΟΔΗΜΟΣΟΑΘΗΝΑΙΩΝΚ
ΟΥΣΤΕΦΑΝΟΥΣΙ ΟΥΣΚΑΙΤΟΨΗΦΙΣΜΑΚΑΘΟΟΙΛΟΙΓ
ΛΕΓΩΝΑΘΗΝΑΙΙ ΗΣΑΙΕ ΑΚΡΟΓΟΛΕΙΕΙ ΦΟΡ
ΩΝ ΚΛΡΦΙ ΤΟΙΣΕΚΓΟΝΟΙΣΑΥΤΩΝΚΥΡΙΑ
Ω ΙΑΝ ΕΝΟΔΗΜΟΣΦΟΡΜΙΩΝΙΤΩΙΓΑΓΓΩ
ΤΟΥΣΦΥΛΗΣΚΑΙΔΗΜΟΥΚΑΙΦΡΑ
ΛΕΙΚΑΙΕΓΑΙΝΕΣΑΙΔΕΚΑΙΤΟΥΣ
ΟΥΣΒΟΗ ΘΗΣΑΝΤΑΣΜΕΤΑΦΟΡΜΙΩ
ΕΙΝΑΙΑΥ ΟΙΣΕΩΣΑΝΚΑΤΕΛΘΩΣΙ
ΩΝΒΟΥΛΩΝΤΑΙΟΙΚΟΥΣΙΝΑΘΗΝΗ
ΟΥΚΑΙΔΟΝΑΙΑΥΤΟΥΣΔΙΚΑΣ
ΛΟΙ ΕΑΘΗΝΑΙΟΝΚΑΙΤΑΣΕΙΣΦΟΡΑΣ
ΜΕΤΑΑΘΗΝΑΙΩΝΕΙΣΦΕΡΕΙΝΚΑΘ
ΤΗΝΒΟΥΛΗΝΤΗΝΑΕΙΒΟΥΛΕΥΟΥΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΙΣΤΡΑΤΗΓΩΣΙΝΟΓΩΣ
ΨΑΙΤΟΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑΕΝΣΤ
Θ ΤΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΙΣΤΗΣΑΙ
ΑΙΔΕΤΑ ΟΝΟΜΑΤΑΤΩΝΑΚΑΡ
ΔΗΣΝ ΤΗΝΑ ΑΦΗΝΑΥ ΨΑΝΤΑΤ ΣΓΟΛΕΙ
ΛΟΣΕΣΤΙΝΕΙΣΔΕΤΗΝΑΝΑ
Α ΝΤΟΥΔΗΜΟΥΤΩΝ
ΑΚΟΝΤΑΔΡ ΑΣΕΚΤΩΝΚΑΤ





№ 67.

Τ ΔΙ ΙΟΣ
ΔΗΣΙΙΙΚΛΕ ΧΟΣ
ΣΙΙ ΘΗΝΟΚΛΗ
ΤΙ ΓΥΡ Ι
ΑΛΙ ΩΡΙ
ΣΓΙΙΙ ΤΙΜΟΚΛΗΣ
ΟΣΙ ΓΡΟΚΛΕΙΔΗ
ΗΣΙΙΙ ΜΕΙΑΝΔΡΟΣ
ΦΗΛΗΜΩ ΙΙ
ΑΓΟΛΛΟΔΩ
ΔΙΦΙΛΟΣΙΙΙ
ΦΙΛΙΓΓΙΔΗΣΙΙ
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ
ΚΑΛΛΙΑΔΗΣΙ
ΑΜΕΙΝΑΣ

Titulis Atticis in domo *Ludovicae Psomae* nuper repertis et utroque fasciculo editis duos additurus sum titulos Atticos.

No. 67.

Eorum prior iam ante aliquot annos (ao. 1842) editus, neque tamen, nisi vehementer fallor, ab quoquam adhibitus est ei consilio, cui equidem adhibebo, ut comicorum quaedam ignota nomina inde eliciam. Extat is in Ephemeride Archaeologica no. 732., ubi repertus dicitur in boreali regione Piraei litterisque exaratus esse Ionicis in lapide Pentelico.

Textum, qui dicitur, vide in tabula lithographica.

τ	*Δι os*
δης |||	*Κλε[όμα]χος.*
ς ||	*'Αθηνοκλῆ]ς.*
[Γ]		*Πυϱ[ετ]ί[δης.*
	Αλι ωϱι.
ς Γ|||	*Τιμοκλῆς.*
[ο]ς|	*Πϱοκλείδη[ς.*
ης ||	*Μέ[ν]ανδϱος.*
	Φ[ιλ]ήμω[ν] ||
	'Απολλόδω[ϱος
	Δίφιλος |||
	Φιλιππίδης ||
	Νικόστϱατος.
	Καλλιάδης	
	'Αμειν[ί]ας.

V. 1. coniici multa possunt, ut *Δί[δυμ]ος, Δί[και]ος, Δί[ναι]ος, Δι[όδωϱ]ος, Δι[όγνητ]ος*, alia. — V. 4. Cum inter *ϱ* et *ι* significata sit lacuna duarum litterarum, *Πυϱ[ετ]ί[δης* satis videtur certum esse; alioquin praetulissem *Πυϱ̊[ϱ́ων]ί[δης*, quo nomine pater Pratinae poetae dicebatur. — V. 5. Vide, num lateat *'Α[ναχ]ώϱι[στος*, certe *'Αχώϱιστος* nomen est in inscriptionibus. —

Graecus editor titulo arbitratus est contineri catalogum operarum publicorum *τῶν ἐϱγαζομένων εἰς τὰ δημόσια ἔϱγα* atque notis numeralibus drachmas significari, quas propter praestitam operam acceperint. Mihi secus videtur. Etenim cum comicorum poetarum nomina sint Timocles, Menander, Philemo, Apollodorus, Diphilus, Philippides, Nicostratus, Calliades: probabile est etiam Cleomachum, Athenoclem, Pyretidem, Proclidem, Aminiam comicos fuisse. Atque Cleomachum novimus tragicum poetam ab Cratino exagitatum (ap. *Athen.* 1, 638. f.), at vero metrum *τὸ καλούμενον Κλεομάχειον* ab *Hephaestione* (p. 63.) commemoratum fieri potest, ut ex comici nomine sit dictum; Athenoclem novimus grammaticum (*Athen.* 5, 177, e.), novimus caelatorem (*Id.* 11, 781, e.), Aminiam novimus Peripateticum, *Πϱοκλείδην 'Αγγελῆθεν*

8

habuimus in hac sylloge no. 66, 8., at poetas comicos illis fuisse nominibus nondum constitit. — Neque vero tabula videtur viventibus et florentibus illis poetis esse facta, quippe quae ne aequales quidem comprehendat; certe Nicostratus est mediae comoediae, eiusdem sunt Timocles et Calliades, quamquam ille a Polluce (10, 154.) *τοῖς νεωτέροις* adscribitur et ad Menandri usque tempora vixit, Calliades autem ad novam accessisse videtur, cum *Ἄγνοια* fabula ab aliis ad eum, ab aliis ad Diphilum auctorem referatur (*Athen.* 9, 401, a.). Reliqui vero poetae novae sunt comoediae. Itaque quos comprehendit tabula poetas comicos, eorum e numero esse videntur, quorum etiam mortuorum Athenis docebantur fabulae.

Tabula magnam utrinque et ab dextro et ab sinistro latere iacturam fecisse videtur; hinc fit, ut notae numerales quorsum pertineant non ausim dicere, quas alius ad commissionis, alius ad praemiorum ordinem fortasse malit referre; mihi autem neutrum placet, etsi comicos aliquando non ternos sed quinos certasse scimus; cf. *Boeckh.* C. I. Gr. Vol. 1, p. 352. —

No. 68.

Alterum titulum lapis Pentelicus continet, in occidentali Propylaeorum parte Kalendis Decembribus anno LII. huius saeculi inventus; is altitudine est 54%, latitudine 45%, crassitudine 9% m. G., ab dextra et ab sinistra integer, ab superiore autem et ab inferiore parte non integer. Litteris scriptus est titulus Ionicis, quarum bona pars evanuerunt, quod lapis aedium quarundam fundamento adhibitus erat. Eum primus, quod sciam, edidit Clarissimus *Pittacisius* in Ephemeride Archaeologica no. 1309. Februario mense anni 1853. Hic autem repetendum eum putavi, quod cum auxilia Atheniensibus ab Acarnanibus aliquando missa contineat, quodammodo titulos no. 1 = 61 et p. VII. editos illustrat.

Textum, qui dicitur, vide in tabula lithographica.

Ἐπὶ]υλα[ ] ἄρχ[οντος, ἐπὶ τῆς . . . . ίδος ἐνά -
της πρυταν]είας, ᾗ Φ[. . . . . τοῦ δεῖνος ἐγρ-
αμμά]τευεν, Θαργηλ[ιῶνος δεκάτῃ, πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ
τῆ]ς [π]ρυτανείας, τ[ῶν π]ρ[οέδρων ἐ]πεψή[φισεν ὁ δεῖνα
Ἑρχιεύς. ἔδοξεν τῃ[ῖ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, Λύ]σιππος (?)
]εύς εἶπεν. περὶ ὧν οἱ Ἀκ[αρνᾶν]ες λέγου[σιν, ὅτι Φορμ-
ί]ων καὶ Καρφίνας , δεδόχθα[ι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δ-
ήμ]ῳ, ἐπειδὴ Φορμίων καὶ Καρ[φί]νας ὄντες πατρό[θεν πρ-
όξεν]οι τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, διαφυλάττουσιν [τὴν
εὔ]νοι[αν], ἣν οἱ πρόγονοι αὐτοῖς παρέδοσαν, πρὸς [τὸν
δῆ]μον τὸν Ἀθηναίων, καὶ νυνὶ βοηθήσαντε[ς] . . ἀ[νδ-
ρε]ίως συνκατετάττοντο μετ' Ἀθηναίων [καὶ α]ἴτιο[ι ἦσαν
τάτης , ἐπαινέσαι αὐτο[ὺς ἐπ' ἴ]σ[η]ς,
καὶ στεφανῶσαι ἑκάτερον αὐτῶν χρυσ[ῷ σ]τεφ[άνῳ,
καὶ ἀν]ει[πεῖν], Φορ[μ]ίωνα τὸν Φορμίωνος καὶ Καρ[φ]ίν[αν
τὸν τοῦ δεῖνος] ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων κ[αὶ
ου στεφανοῦσι[ν αὐτ]ούς, καὶ τὸ ψήφισμα, καθ' ὃ οἱ λοιπ[οὶ
στ]ῆσαι ἐν ἀκροπόλει, εἶ[ναι δὲ Φορ[μί-
ων[ι καὶ] Καρφί[νᾳ καὶ] τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν κυρία[ν τὴ-
ν πολιτε]ίαν, [ἣν ἔδωκ]εν ὁ δῆμος Φορμίωνι τῷ πάππῳ[ι .
καὶ γράψασθαι αὐ]τοὺς φυλῆς καὶ δήμου καὶ φρα[τρίας
ὧν ἂν ἑκάτερος βού]λ[ητ]αι, ἐπαινέσαι δὲ καὶ τοὺς [ἄλλ-
ους τῶν Ἀκαρνάνων τ]οὺς βοηθήσαντας μετὰ Φορμίω[νος
καὶ Καρφίνου καὶ] εἶναι αὐ[τ]οῖς, ἕως ἂν κατέλθωσι[ν, ἐ-

γκτησιν ὧν ἂν οἰκι]ῶν βούλωνται, οἰκοῦσιν Ἀθήνη[σι
ν] καὶ [δι]δόναι αὐτοὺς δίκας [ὡς
οἱ ἰσοτελεῖς οἱ] λοι[ποὶ] Ἀθηναί[ω]ν, καὶ τὰς εἰςφορὰς
αὐτοὺς τὰς αὐτὰς] μετὰ Ἀθηναίων εἰςφέρειν, καθ [ὃ ἂν
δοκῇ, ἐπιμελεῖσθαι δὲ] τὴν βουλὴν τὴν ἀεὶ βουλεύουσ[αν,
ὁπόταν] Ἀθηναῖοι στρατηγῶσιν, ὅπως [μετ' ἀστ-
ῶν ἐγγραφθῶσι, καὶ ἀναγρά]ψαι τόδε τὸ ψήφισμα ἐν στ-
ήλῃ λιθίνῃ τὸν γραμματέα] τῆς βουλῆς, καὶ στῆσαι
ἐν ἀκροπόλει, ἀναγράψ]αι δὲ [καὶ] τὰ ὀνόματα τῶν Ἀκαρ-
νάνων] τὴν ἀ[ναγρα]φὴν, ἀ[ναγρά]ψαντα τ[ὰ]ς πόλει[ς
αὐτῶν ἄλ]λος ἐστίν, εἰς δὲ τὴν ἀνα-
γραφὴν τῆς στήλης δοῦναι τὸν ταμί]αν τοῦ δήμου τῷ[ι
γραμματεῖ τρι]άκοντα δρ[αχμ]ὰς ἐκ τῶν κατ[ὰ
ψηφίσματα ἀναλισκομένων τῷ δήμῳ].

Φ]ορμίων[α]	*Καρφίναν*
ὁ δῆμος.	*ὁ δῆμος.*

Titulus hic ita nunc comparatus est, quem plane in integrum restitui posse desperem, etsi non dubito quin et alii me acutiores multa, quae meam tarditatem fugerunt, sint perspecturi et ego ipse, si mihi accuratiore apographo uti liceat, nonnulla eorum expediturus sim, in quibus mihi nunc quidem aqua, ut aiunt, haeret. Namque nunc ea quoque difficultate premor, quod spatia lacunarum ab Graeco editore non ubique diligenter notata videntur, id quod, ut uno saltem utar exemplo, ex v. 37 apparet, ubi *δρ. ας* nihil aliud esse potest quam *δρ[αχμ]άς*. Ad dextram v. 15^tus^, ad sinistram vv. 13. 17 — 19 proxime ab integritate abfuerint, plerique autem versuum litteras XXXXI continere videntur, ut vv. 9. 10. 20. 22. 24. 25. 28. 31—33; XXXXII habent vv. 19. 21. XXXXIII vv. 8. 12. 23. XXXX vv. 14. 27. XXXVII v. 11. XXXXV v. 29., hinc apparet aliquid et versui 11. addendum et versui 29. demendum esse.

V. 1. Litterae *υλα . . . αρχ* vehementer me exercuerunt; lacunae enim spatium si respicio, coniecerim: *Ἐπὶ Φ]υλά[κου]* (vel *Φ]ύλα[κος]*, vel *Φ]υλ[λέως]*) *ἄρχ[οντος*; eo autem nomine nullus erat archontum eponymorum, quos nostri fasti habent; quominus vero titulum ad tempus referas, quo fasti deficiant, obstat, quod titulus neque videtur anno Olymp. 114, 3 posterior esse posse et huic ipsi anno adscribendus; desideres igitur *Ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος*. — Ibid. quod *ἐνάτης πρυταν]είας* supplevi, non plane certum est; nam donec X tribus erant, in Thargelionem mensem exeuntem etiam primi dies decimae prytaniae cadebant; plane vero incerti sunt dies et mensis et prytaniae, quos posui; qui cum aliquid esset ponendum, id unum spectavi, ne ponerem, quod sibimet ipsum repugnaret; anno autem Olymp. 114, 3 decimus dies undecimi mensis fuerit nonae prytaniae dies XXIV^tus^, vel XXV^tus^, vel XXVI^tus^. — V 2. In *ΕΙΦ* latere statui *ῇ Φ,* etsi in reliqua tabula nusquam *E* pro *H* reperitur. *Keilius* coniecit: *Εὐφ]ίλητος*.— V. 4. Inter *T* et *P* lacunae signum arbitror omissum eiusque spatium lacunae inter *P* et *ΠΕΓΗ* notatae additum esse. — V. 5. Post *Ἑρχιεὺς* ne desideres *καὶ συμπρόεδροι,* enendum est idem abesse ab aliis quoque titulis, de quo paulo post disseram accuratius. — Ibid. lacunae inter *τη* et *σιππος* non credo iustum spatium esse notatum, quippe quod, ut ante *σιππος* duae tantum desint litterae, veluti *Ὄρ]*, *Πά]*, *Θή]*, *Λύ]σιππος,* nihil amplius admittat quam *τῃ[ι βουλῇ, Λύ]σιππος,* at etiam *καὶ τῷ δήμῳ* addendum esse apparet ex vv. 8. et 9. — V. 5. et 6. graecus editor: *Κτή]σιππος [Ἑρχι]εύς*; multa alia non minore fuerint probabilitate. — V. 6. Idem: *περὶ ὧν οἱ Ἀκ[αρ-νᾶν]ες λέγουσι [Φορμί]ων καὶ Καρφίνας.* — V. 11. Idem: *βοηθήσαντε[ς ἐ]στάλ[ησαν δικα]ίως,* quod nihili est; *ἀνδρείως συνεστρατεύετο* est ap. *Xenoph.* Cyrop. 8, 4, 11 — V.

12. ἦσαν posui, quod ἐγένοντο versus latitudo non patitur. — V. 13. in τάτης videtur clausula superlativi latere, veluti αἴτιο[ι ἦσαν νίκης τῆς δικαιο]τάτης. Ibid. posui ἐπ' ἴ]σης (pro quo poteram etiam ἐξ ἴ]σης scribere) ἐπαινέσαι, quod nihil melius succurrebat; neque enim fugit me novum illud et insolitum esse, cum in decretis nullum omnino ἐπαινέσαι verbo adverbium addi soleat. Ceterum illud volo significare „aequabiliter utrumque laudare.“ V. 16. sqq. non expedio; post ἀνειπεῖν, si hoc recte a me repositum est, desideratur significatio et temporis et loci renuntiationis faciendae, veluti ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις; fuit cum coniicerem, Καρ[φίναν τὸν τοῦ δεῖνος ἐ]ν [ἐκ]κ[λ]ησ[ί]ᾳ τ[ῶ]ν Ἀθηναί[ω]ν [ὅτι] ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων, sed in reliquis caecutio. — V. 19. sq. Spatium si admitteret, coniicerem: κυρί-α[ν τὴν τῆς πολιτείας δ]ω[ρε]ὰν [ἣν ἔδωκ]εν. — V. 22. Graecus editor: τῇ πό]λει καὶ, quae non patitur cohaerentia orationis; mihi videbatur illis in litteris βου]λ[ητ]αι latere. — V. 25. Supplementum perquam incertum. Graecus editor: δήμου καὶ φρατρίας] ὧν βούλων-ται. — V. 26. Ex καιδοναι, quamquam post καὶ nulla notata est lacuna, malui elicere καὶ [δι]δόναι, quam cum Graeco editore καὶ δο[ῦ]ναι, quod neque in reliqua tabula usquam ου sola O littera significatur, et tum antecedens εἶναι (v. 24.) tum sequens εἰςφέρειν (v. 28.) praesens tempus commendant. — Supplementa vv. 27. 29 — 31 incerta, vv. 34. et 35 expedire nequeo; in α . . λφην credideris ἀ[δε]λφήν latere, sed hoc etiam minus cadit in cohaerentiam orationis, quam ἀ[ναγρα]φὴν quod posui. — V. 36. *Pittacisius*: τὸν ταμίαν τοῦ δήμου τῶν [στρατιωτικῶν; verum etsi dicitur ὁ ταμίας τοῦ δήμου et ὁ ταμίας τῶν στρατιωτικῶν, nusquam tamen utrumque reperitur coniunctum. Quod ego quidem posui, reperitur in Ephem. Arch. no. 1393, 18. εἰ]ς δὲ τὴν ἀναγρα[φὴν τῆς στήλης δοῦναι τὸν ταμίαν τῷ γραμμ]ατεῖ τὸ γενόμε[νον ἀνάλωμα. —

Temporis duas titulus habet notas, quarum una inest versui 5[to], altera ex v. 32 repeti potest. Etenim cum v. 5. Ἑρχιεὺς non possit aliud esse atque demoticum nomen proedri, illud autem statim excipiant verba ἔδοξεν τῇ βουλῇ, fieri nequit ut καὶ συμπρόεδροι interciderint. Iam vero τοῦ ἐπιψηφίζειν sive concionis in suffragia mittendae potestas Athenis antiquitus erat penes prytanum praesidem sive ἐπιστάτην, unde in decretis illius aetatis designatur ὁ δεῖνα ἐπεστάτει; aliquot autem annis post Euclidem praetorem sed ante Olymp. 102, 4 ea potestas ad proedros non tribules transit[1]); nam in titulo C. I. Gr. no. 81., qui primis post Euclidem annis scriptus est, prior, in titulo no. 85, c. in Add. p. 899., qui ad Olymp. 102, 4 pertinet, posterior ratio obtinet, qua non amplius notatur ὁ δεῖνα ἐπεστάτει sed τῶν προέδρων ὁ δεῖνα ἐπεψήφισεν. In titulis vero, qui hoc notae genus continent, ea cernitur discrepantia, ut qui aetate sint recentiores, adiiciant etiam „καὶ συμπρόεδροι,“ antiquiores autem eo careant additamento, veluti Ephem. Arch. no. 32, 11. (= *Clarisse* Inscrr. Graec. no. 3.), ibid. no. 1630, qui titulus est anni Olymp. 104, 4 rescribendus in hunc fere modum: Ἐπὶ Ἀγαθοκλέου ἄρχον[τος ἐπὶ τῆ]ς Αἰγηΐδος ἐνάτης πρυτα[νείας] ἧ Διόδοτος Διοκλέους Ἀ[γγελῆ]θεν (vel Ἀ[γκυλῆ]θεν[2]) vel Ἀ[λωπεκῆ]θεν) ἐγραμμάτευεν, ὀγδόῃ τῆ[ς πρυ]τ[αν]ε[ί]ας, τῶμ προέδρων ἐπεψή[φισεν Διό]τι[μ]ος Οἰναῖος, ἔδοξε τῇ βουλῇ. Carent etiam eo additamento C. I. Gr. no. 90., qui titulus est anni Olymp. 106, 2. et decretum anni Olymp. 106, 3 ap. *Demosth.* c. Timocr. p. 723. §. 71. ubi pro „τῶν προέ-

---

[1]) Cf. praeclaram commentationem *C. F. Hermanni*, cui inscriptum est „Epicrisis quaestionis de proedris apud Athenienses“ in procm. scholar. Gotting. 1843/4. Quod titulus Audoleonti ornando scriptus (in A. L. Z. 1834. Mai. I. Bl. no. 31.) continet τοὺς δὲ πρυτάνεις - δοῦναι περὶ αὐτοῦ τὴν ψῆφον εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν, multum videtur ab ἐπιψηφίζειν differre nihilque aliud significare atque „referre ad populum.“ Nam ἐπιψηφίζειν eo in titulo est proedrorum.

[2]) Si Ἀγκυλῆθεν verum est, scriba prytaniae fuerit ipse prytanis; cf. *Boeckh.* Occ. Civ. Athen. 1, 255.

δρων ἐπεψήφισεν Ἀριστοκλῆς Μυῤῥινούσιος, Τιμοκράτης εἶπεν," diu est quod *Ἀρ. ἐκ Μυῤῥινούττης* dixi[1]) desiderari. Primum vero reperitur *καὶ συμπρόεδροι* in titulo C. I. Gr. no. 96., qui prior est anno Olymp. 115, 2 et ab *Schoemanno* (Antiquitt. Graec. p. 226.) ad annum Olymp. 114, 3 refertur; dein ibid. no. 105, qui titulus est anni Olymp. 116, 3; tum in decreto quod est Audoleonti factum anni Olymp. 123, 3; ne inferius descendam, veluti ad Comm. Epigr. no. 62., quae inscriptio posterior est anno Olymp. 127, 3, et ad plebisscitum ap. *Diog. Laert.* 7, 10. anni Olymp. 130, 1. Apparet inde hunc titulum oportere anno Olymp. 115, 2 priorem esse. — Idem fere probat altera nota, quae in V. 32 inest; quod enim ibi extat *τῆς βουλῆς*, aliter expleri nequit ac rescribendo *τὸν γραμματέα*] *τῆς βουλῆς*. Id vero titulum antiquiorem suadet esse Olympiade CXV; nam novissimum decretum, in quo huius scribae memoria reperitur, est anni Olymp. 114, 3; in decretis autem post illud tempus factis muneri plebisscitorum in lapidibus describendorum non *γραμματεὺς τῆς βουλῆς*, sed *γραμματεὺς ὁ κατὰ πρυτανείαν* praeesse iubetur, quamquam hic scriba iam in duobus decretis paulo antiquioribus memoratur; cf. *Boeckh.* Oec. Civ. Athen 1, 255. sqq. ed. 2[da.]

Utrinque igitur illud apparet, titulum anno Olymp. 114, 3 priorem esse. Videamus num forte aliunde tempus tituli etiam accuratius constitui possit. De Acarnanum rebus cum breviter iam p. 15. disseruerim, nunc haec addenda videntur. Erat enim ea gens „insita fide," ut Livius (33, 16) dicit, honestatisque plurimis in opportunitatibus eam habebat rationem, ut quamquam viribus erat inferior, nulli tamen Graecarum gentium eo nomine cederet; cum ea igitur societatem inire nemo poterat, praesertim in adversis rebus, dubitare; tantum constantiae et liberalitatis publice privatimque habebat. Verum qui ita eam praedicat, Polybius (4. 30, 4.), eum nonnihil odium fortasse moverit, quod adversus Aetolos gerebat. Acarnanas enim, ut Aetolos et Locros Ozolas, rudiores fuisse latrociniaque exercuisse et arma semper gestasse scimus ex Thucydide (1, 5.); erant vero clari funditores. Nomen Acarnanum non modo ab Homericis carminibus abest sed etiam ab Herodoto, nisi quod apud hunc *Ἀκαρνανίη* reperitur (2, 10.), Thucydides igitur ex superstitibus scriptoribus antiquissimus est, qui illius gentis res paullo diligentius memoraverit, unde colligas nihil admodum ab ea prius gestum fuisse, quod memoratu dignum esset. Thucydide autem teste (2, 68.) constat primum foedus Acarnanas inter et Athenienses factum esse anno Olymp. 87, 3 postquam hi Acarnanibus auxilium suum adversus Ambraciotas implorantibus Phormionem eximium imperatorem cum XXX. navibus miserint et ab his Ambraciotae pervicti fuerint[2]). Quod igitur a Thucydide (2, 9). *Ἀκαρνάνων οἱ πλείους* iam incipiente bello Peloponnesio inter socios Atheniensium numerantur, referendum est ad annum Olymp. 87, 3 et posterius tempus; *οἱ πλείους* autem eo loco dicit Thucydides, quod omnium Acarnanum soli Oeniadae hostes Atheniensium, socii Peloponnesiorum erant[3]); Athenienses enim in Oeniadas iam ante Peloponnesium bellum expeditionem fecerant eosque obsidione clauserant (*Thucyd.* 1, 111). Phormio autem cum navalium proeliorum peritissimum se praeberet, atque Peloponnesiorum classem semel iterumque vinceret (*Thucyd.* 2, 80. sq. 102. sq.), Acarnanum eam sibi gratiam conciliavit, ut cum fato esset Olymp. 87, 4 vel 88, 1. perfunctus, Acarnanes ab Atheniensibus peterent, Phormionis sibi vel filium vel propinquum mitterent imperatorem; miserunt igitur Athenienses Asopium Phormionis

---

[1]) „Die Privatschiedsrichter" p. 17.

[2]) *Μετὰ δὲ τοῦτο ἡ ξυμμαχία ἐγένετο πρῶτον Ἀθηναίοις καὶ Ἀκαρνᾶσιν. Thuc.* cf. *Diodor.* 12, 47. 49.

[3]) *Thuc.* 2, 102. *Οἰνιάδας ἀεί ποτε πολεμίους ὄντας μόνους Ἀκαρνάνων.* 3, 44. *Ἀκαρνᾶσί τε πᾶσιν, οἳ πανδημεὶ πλὴν Οἰνιαδῶν ξυνέσποντο.*

filium[1]). Quod igitur *Schol. Aristoph.* Pac. 347. ex Androtionis Atthide narrat, Phormionem aliquando propter praeturam nescio quam centum minis mulctatum, mulctam vero cum solvere non potuisset, aerariorum (sic enim liceat aerarii debitores dicere) infamia notatum esse atque in agro delituisse, donec Acarnanes ipsum sibi imperatorem mitti iuberent, illo autem id imperium detrectante, quippe quod sibi ut aerario licere negaret capessere, Athenienses, cum per leges non potuissent mulctam legitime irrogatam aut condonare aut de ea remittere, ad quandam iuris fictionem descendisse, ut aediculam Bacchi, quae minimum quoddam vitium fecisset, centum minis Phormioni reficiendam collocarent (cf. *Boeckh.* Oecon. Civ. Athen. I. p. 515 ed. 2[da].), error videtur vel scholiastae vel ipsius Androtionis esse, in patrem conferentis, quod filio accidisset; nam filium, non patrem ab Acarnanibus ducem esse postulatum Thucydides locupletissimus auctor est. Illud unum Androtionis causa largior, fortasse iam patrem aerarium esse factum, sed eo, antequam mulctam dependeret, mortuo in filium, ut solebat, aerariorum infamiam transisse. Pausanias (1, 23, fin.) rem sic narrat, ut etiam magis quam Androtio a vero aberret; cf. quae in *Erschii* et *Gruberi* Encyclop. v. Phormio III. T. 25. p. 49. exposui. — Iam vero titulus, in quo explicando versamur, Phormionem nobis Acarnana offert, publicum Atheniensium hospitem, cuius et pater et avus etiam Phormiones dicebantur, avus autem, si recte conieci, civitate iam erat ab Atheniensibus donatus. Nomen hoc Phormionis ex illo Attico duce Peloponnesii belli in familiam illatum credo; eo enim unum ex maioribus huius Acarnanici Phormionis familiariter usum esse et ideo eius nomen filio tum suscepto imposuisse. Ceterum *Φορμίων Θυίωνος* est in Acarnanico titulo C. I. Gr. T. II. p. 983. no. 1746, b. *Καρφίνας* autem nomen hoc demum ex titulo cognovimus; *Καρφινία* est in C. I. Gr. no. 6644. —

Sed redeo in viam, id est ad res Acarnanum. Olymp. 88, 3. Demosthenes, qui tum in Aetolia Atheniensium imperator erat, cessit tandem Acarnanum precibus postulantium, ut copiis ipsorum contra Ambraciotas praeesset, bellum autem illud tam bene prudenterque administravit (*Thuc.* 3, 94, sq. 107. sq.), ut ab Acarnanibus etsi iam res nimis florentes Atheniensium metuere incipientibus (*Diodor.* 12, 60.) non minus quam antea Phormio coleretur; hinc etiam in Siciliensi bello ut aliquot Acarnanum Atheniensibus auxilio adessent, Demosthenis imprimis caritas et Atheniensium benevolentia fecit, quamquam etiam lucro ducebantur (*Thuc.* 7, 57: *Ἀκαρνάνων τινὲς ἅμα μὲν κέρδει, τὸ δὲ πλέον Δημοσθένους φιλίᾳ καὶ Ἀθηναίων εὐνοίᾳ ξύμμαχοι ὄντες ἐπεκούρησαν*). Apparet hinc foederis Olymp. 88, 3 inter Acarnanas Amphilochosque et Ambraciotas in centum annos facti legem *ὥστε μήτε Ἀμπρακιώτας μετὰ Ἀκαρνάνων στρατεύειν ἐπὶ Πελοποννησίους, μήτε Ἀκαρνᾶνας μετὰ Ἀμπρακιωτῶν ἐπ' Ἀθηναίους* nihil de foedere Acarnanum cum Atheniensibus detraxisse, sed illorum tantum cum Ambraciotis foedus iis finibus circumscripsisse, ut neque Ambraciotis umquam contra Peloponnesios neque Acarnanibus contra Athenienses pugnandi necessitas imponeretur, ceteroquin iidem utrisque et hostes et socii essent. — Tantum de Peloponnesio bello; de partibus autem, quas Acarnanes ab Corinthio bello usque ad Leuctricam pugnam secuti sunt, non habeo quod addam iis quae p. 15 exposui. Olymp. 109, 2. archonte Pythodoto sive Pythodoro Athenienses in Acarnaniam expeditionem miserunt, qua, ut tradit Clintonus (ad a. 343.), Philippo resisteretur, qui ante Scythicam expeditionem in Acarnania fuit. *Demosth.* c. Olympiodor. p. 1173, extr. §. 24. *ἐπείσθητε ὑπὸ τῶν ῥητόρων εἰς Ἀκαρνανίαν στρατιώτας ἐκπέμπειν. καὶ ἔδει καὶ τουτονὶ Ὀλυμπιόδωρον στρατεύεσθαι καὶ ᾤχετο μετὰ τῶν ἄλλων στρατευόμενος.* Eodem fere

[1]) *Thucyd.* 3, 7. *ναῦς ἀπέστειλαν τριάκοντα καὶ Ἀσώπιον τὸν Φορμίωνος στρατηγὸν κελευσάντων Ἀκαρνάνων τῶν Φορμίωνός τινα σφίσι πέμψαι ἢ υἱὸν ἢ ξυγγενῆ ἄρχοντα.* Etenim ita etiam pater Phormionis dicitur ap. *Thuc.* 1, 64. *Schol. Aristoph.* Pac. 347. Lys. 804., quibus plus tribuo quam *Pausaniae* 1, 23, 12. 10, 12 fin., ubi *Ἀσώπιχος* scribitur.

tempore Demosthenes legatus in Acarnaniam profectus, Acarnanum societatem Atheniensibus conciliavit (*Aeschin.* c. Ctesiph. p. 488. §. 97. sq. *τὴν δ' ἐκ Πελοποννήσου πρεσβείαν, ἣν ἐπρέσβευσε καὶ τὴν ἐξ Ἀκαρνανίας ἔφη βούλεσθαι ὑμῖν ἀπαγγεῖλαι. — πάντας μὲν Πελοποννησίους ὑπάρχειν, πάντας δ' Ἀκαρνᾶνας συντεταγμένους ἐπὶ Φίλιππον ἐφ' ἑαυτοῦ*: ibid. p. 646. §. 236. *ὅταν φῇ — ἀποστῆσαι δὲ Ἀκαρνᾶνας, ἐκπλῆξαι δὲ Θηβαίους δημηγορήσας.*) Proximum tempus, quo quoddam Atheniensium cum Acarnanibus foedus fuit, Lamiaci est belli. Etenim Athenienses ubi Alexandrum Magnum Olymp. 114, 1. Thargelione mense (= Iunio — 323 a. Chr.) fato perfunctum esse cognoverunt, statim belli ad liberandam Graeciam capessendi consilia inierunt, et Leosthenem civem suum expeditionem adversus Macedonas parantem clam palamque adiuverunt; inter eos autem, quos Leosthenes ad Graeciam a Macedonum dominatu liberandam concitavit, primum locum tenent Aetoli et qui tum Aetolis ascripti erant, Acarnanes (*Diodor.* 18,11. *Αἰτωλοὶ μὲν οὖν ἅπαντες πρῶτα συνέθεντο τὴν συμμαχίαν. Pausan.* 1, 25, 4. *Ἀκαρνᾶνες ἐς τὸ Αἰτωλικὸν συντελοῦντες*). Hinc explicandum, quod in sociorum enumeratione Diodorus Acarnanas, Pausanias Aetolos omittit. Ad illud igitur ipsum tempus ut hunc titulum referam, non modo tum proedri sic facta memoria, ut *καὶ συμπρόεδροι* omittatur, tum scriba senatus suadent, sed etiam quod temporibus bello Lamiaco posterioribus, nulla, quod sciam, opportunitas memoriae mandata est', in qua Acarnanes ab Atheniensium partibus stetisse et una cum iis pugnasse dicantur. Quamquam iis tenebris obscurata est temporum illorum historia, ut non modo pleraque de Acarnanum sed etiam multa de Atheniensium rebus ignoremus; potest igitur sane fieri, ut unius alteriusque opportunitatis memoria interciderit. — Sic, ut hoc uno utar exemplo, adversus Galatas, qui Olymp. 125, 2. Graeciam invaserunt, nulla quidem nominatim memorantur, quae essent ab Acarnanibus missa auxilia; sed cum ad Thermopylas Aetoli copias numero ceteris maiores misisse dicantur (*Paus.* X, 20. *Αἰτωλῶν δὲ πλείστη τε ἐγένετο στρατιὰ καὶ ἐς πᾶσαν μάχης ἰδέαν*), probabile est illorum Aetolorum agminibus etiam Acarnanas ascriptos fuisse cumque Athenienses eodem praeter triremes etiam equites D et mille pedites gravis armaturae miserint, poterat sane etiam illud in tempus cadere *ὅτι Ἀκαρνᾶνες μετ' Ἀθηναίων ἀνδρείως συγκατετάττοντο.* In bello autem Chremonideo tabula, quam *Pittakisius* (Ephem. Arch. no. 1.) et *Clarisseus* („Inscrr. Graec. III." no. 2.) ediderunt, docet Ptolemaeum Philadelphum, Lacedaemonios, Eleos, Achaeos, Tegeatas, Mantinenses, Orchomenios, Phialenses, Cretenses Atheniensium socios fuisse, Acarnanum vero nomen non continet; immo illa fere aetate Aetoli cum Alexandro Epirota rege de Acarnania inter se dividenda pacti sunt foedus (*Polyb.* 2, 45. *Αἰτωλοὶ — τὰς πόλεις — Ἀκαρνάνων διενείμαντο πρὸς Ἀλέξανδρον. Id.* 9, 34. *πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον τὸν Ἠπειρώτην, ὅρκους ποιησάμενοι καὶ συνθήκας ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ καὶ μερισμῷ τῆς Ἀκαρνανίας. Iustin.* 28, 1. ab Aetolis partem Acarnaniae, quam in portionem belli pater pupillorum (i. e. Alexander) acceperat, eripere volentibus). Quae secuta sunt tempora sciens praetereo, quippe quae Acarnanum cum Atheniensibus foedus ne admittant quidem sive contra Aetolos bellantium sive corpori Aetolico adscriptorum. —

Tantum de tempore tituli et de Acarnanum rebus. Transeo ad reliqua v. 20 sq. In decreto, quod Audoleonti Paeonum regi ornando scriptum est (cf. Diar. Halens. A. L. Z. 1834. Mai. I. Bl. no. 31.), extat: *εἶναι δὲ αὐτὸν Ἀθηναῖον καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ, καὶ ἐξεῖναι αὐτῷ γράψασθαι φυλῆς καὶ δήμου καὶ φρατρίας ἧς ἂμ βούληται.* In titulo, quem edidit *Rossius* in libro „de demis" p. 41. no. 13. est: *δεδόσθαι δ' αὐτῷ καὶ πολιτείαν — καὶ εἶναι αὐτῷ δοκιμασθ[έντι — καὶ γράψασθαι φ]υλῆς καὶ δήμου καὶ φρατρίας ἧς ἂν βούλ[ηται.* Ephem. Arch. no. 41, 32. in decreto, quo Herodorus ornatur, scribendum est: *καὶ] γράψασθαι αὐτὸν φυλ[ῆς καὶ δήμου καὶ] φρατρίας ἧς ἂν βούλη[ται, εἶναι δὲ αὐτ]ῷ καὶ σίτησιν ἐμ πρυτ[ανείῳ καὶ τῶν ἀπογό]νων ἀεὶ τῷ πρεσβυτ[άτῳ.* Ibid. no. 370. ubi secutus Audoleontis titulum rescribo: *εἶναι δὲ Ἀθηναῖον αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκ]γόνους αὐτοῦ, καὶ [ἐξεῖναι αὐτῷ γράψασθαι φυλῆς καὶ δήμου καὶ φρατρία]ς [ἧς] ἂν βούληται — [τοὺς*

δ]ὲ πρυτάνεις δοῦν[αι περὶ αὐτοῦ τὴν ψῆφον εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν, καὶ τ]οὺς θεσμοθέτας ε[ἰςαγαγεῖν αὐτῷ εἰς τὸ δικαστηρίον τὴν δ]οκιμασίαν τῆς [δωρεᾶς, ὅταν πρῶτον οἷόν τ' ᾖ. In decreto Ephem. Arch. no. 1062 = *Ussing.* p. 52. no. 56., quo Thrasybulus, isque, ut *Bergkius* probabiliter coniecit, Calydonius qui Phrynichum necavit, ornatur, scribendum est: εἶναι δὲ Θρασύ[βουλον Ἀθηναῖον, αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ, καὶ ἐξεῖναι αὐτῷ γράψασθαι φυλῆς καὶ δήμου κ]αὶ φρατρίας ὦ[ν ἂν βούληται. Simile quiddam reddendum est etiam titulo in C. I. Gr. no. 85, b. 28. Vol. 1. p. 897. In Ephem. Arch. no. 1366. rescribo: δεδόσθαι δ' αὐτῷ καὶ πολ]ιτείαν Ἀ[θηναίων κ]ατὰ τὸν νό[μον, τοὺς δὲ θεσμοθέτας, ὅταν κλ]ηρῶσιν δικα[στήρια, κληρώσαντας πεντακοσίο]υς δικαστὰς [εἰςαγαγεῖν εἰς αὐτοὺς τὴν δοκιμασί]αν, καὶ γράψα[σθαι ἐξεῖναι αὐτῷ φυλῆς καὶ δήμου κα]ὶ φρατρίας [ἧς ἂν βούληται. — Ibid. no. 1386, 10. sq. ubi restituo: δεδόσθαι δ α]ὐ[τ]ῷ[ι] καὶ πολιτείαν κατὰ τὸν [νόμον, τοὺς δὲ θεσ]μοθ[έ]τας, ὅταν κληρῶσιν δικασ[τήρια, κληρώσαντας πεντ]ακοσίους δικαστὰς εἰςαγαγε[ῖν εἰς αὐτοὺς τὴν δοκιμα]σίαν τῆς πολιτογραφίας καὶ γε[νέσθαι μὲν αὐτῷ] δοκιμασθέντι γράψα[σθαι φυλῆς κ]αὶ δήμου καὶ φρατρί[ας ἧς ἂν βούληητα]ι. Ibid. no. 1390, 7. ubi rescribendum: δεδόσθαι δ' αὐτῷ καὶ πολιτεί]αν κατὰ τὸν νόμον, [τοὺς δὲ θεσμοθέτας ὅταν κ]ληρῶσιν τ[ὰ] δικαστ[ήρια, κληρώσαντας πεντακοσίους δ]ικαστὰς εἰςαγαγ[εῖν εἰς αὐτοὺς τὴν δοκιμασίαν τῆς πολ]ιτογραφίας καὶ [εἶναι αὐτῷ γράψασθα]ι φυλῆς καὶ δήμο[υ καὶ φρατρίας. Ibid. no. 1455, 12. sqq. ubi restituo: εἶναι δὲ αὐτὸν Ἀθ]ηναῖον καὶ ἐκγό[νους, καὶ ἐξεῖναι αὐτῷ] γράψασθαι φυλ[ῆς καὶ δήμου καὶ φρατρίας, ἧς ἂν] βούληται, τοὺς δὲ πρυτάν]εις [τ]ῆς Ἱπποθ[ωντίδος δοῦναι περὶ αὐτοῦ τὴν ψ]ῆφον, εἰς τ[ὴν πρώτην ἐκκλησίαν.

Ex verbis v. 24. ἕως ἂν κατέλθωσιν non licet colligere Acarnanas illos, qui hoc in titulo ornentur, exilii causa solum vertisse et exules Athenis vixisse, immo κατελθεῖν sive redire is quoque dicitur, qui quam terram sponte reliquit, in eam redit. Acarnanibus autem illis, si vv. 25. sqq. recte emendavimus, privilegia tum alia tum eadem tribuuntur, quae apud Athenienses οἱ ἰσοτελεῖς habebant; neque vero scribitur καὶ εἶναι αὐτοὺς ἰσοτελεῖς, ut in Ephemer. Arch. no. 1059. = *Ussing* no. 57, 26 est, καὶ εἶναι [αὐτὸ]ν ἰσοτελῆ καὶ αὐτὸν καὶ [ἐκγόνους, aut καὶ εἶναι αὐτοῖς ἰσοτέλειαν, quod in quibusdam titulis non Atticis reperitur[1]). Primum igitur statuo ius iis tributum esse domorum acquirendarum, si ipsa in urbe habitent, neque vero ad reliquam Atticam illud non pertinuerit, immo Ἀθήνησι saepius sic dicitur, ut omnem Atticam comprehendat. Dein cum apud Athenienses peregrini in ius vocati, sive lis erat privata, sive publicum iudicium, vades sive praedes iudicii sistendi causa dare debuerint, non datis autem vadibus in carcere teneri potuerint (cf. *Meier* et *Schoemann* de lit. Attic. p. 580.), Acarnanibus illis hic promittitur fore ut rei facti non aliter habeantur, quam reliqui ἰσοτελεῖς, id est liberi necessitate τοῦ κατεγγυᾶσθαι πρὸς τὸν πολέμαρχον (ibid. p. 55.). Tertium privilegium ad εἰςφοράς pertinet, sive ad tributa extraordinaria belli nomine exigi solita. Ea enim non erant inter Atticae incolas aequabiliter sed sic potius descripta, ut civibus magis parceretur, inquilini prae civibus praegravarentur; hinc ex quo συμμορίαι institutae erant εἰςφορᾶς, peculiares μετοικικαὶ συμμορίαι erant segregatae ab civium symmoriis; id tributorum onus imprimis fecisse videtur, ut ταλαίπωροι μέτοικοι dicerentur (*Demosth.* c. Androt. 609, extr. §. 54. *Boeckh.* Oecon. Civ. Ath. 1, 696 sq.); itaque Acarnanibus hoc in titulo illud conceditur, ut in εἰςφοραῖς conferendis civium loco habeantur. Verum quum εἰςφορᾶς nomine non eadem semper summa, sed prout belli necessitates postulabant, nunc

[1]) Cf. *Meier* de proxenia p. 20. Titulis ibi commemoratis Tanagraeorum, Samiensium et Mesambriae adde nuper ab *Prellero* nostro in libello „Oropos u. das Amphiaraion" 1852 et ab *Pittakisio* an. 1853 in Ephem. Arch. 1310—1316. 1320 sq. editos titulos Oropios proxeniae no. 45. 7—10., in quibus ἰσοτέλεια proxenis tribuitur eaque post ἔγκτησιν et ante ἀσφάλειαν vel ante ἀσυλίαν profertur.

maior, alias minor exacta sit, quantum autem conferendum esset uno quoque tempore penes populum sive concionem fuerit statuere: eam ob causam hic additur *καθ' ὃ ἂν δοκῇ* sc. *τῷ δήμῳ*, quod addidissem, si per lacunae spatium licuisset, ut in titulo ap. *Ussing* no. 57. est, *τάς τε εἰςφορὰς ἁπ[άσας, ὅσας ἐψ]ήφισται ὁ δῆμος [εἰςενεγκεῖ]ν τοὺς μετοίκους.* — V. 29. sqq. Locum num recte restituerim, perquam dubium; spectavi autem hoc. Etenim ex C. I. Gr. no. 171. constat in catalogis militaribus Atheniensium tum cives a peregrinis, tum peregrinorum tres classes distingui, *ἐγγράφους, τοξότας, ξένους*, eorum autem *ἔγγραφοι* videntur dignitate primi fuisse. Nomen *Boeckhius* p. 306. inde repetit, quod *ὁπλιτῶν καταλόγῳ* fuerint inscripti. Eum igitur militiae locum hic titulus Acarnanibus quoque illis, sed tum demum concedit, quotiens Attici fuerint imperatores; nam tum erat *οἰκεία δύναμις* ex civibus conscripta; conducticiis autem exercitibus mercenariorum militum peregrini praeesse solebant duces. Neque mirum eius rei curam senatui quingentorum demandari, cum in peditum nautarumque delectu habendo huius quoque senatus nonnullae videantur partes fuisse (cf. *Schoemann* A. I. P. p. 214.). In Ephem. Arch. no. 1437. similiter extat: *ἐπιμελεῖσθαι δ[ὲ καὶ τὴν βουλ]ὴν τὴν ἀεὶ βουλεύουσαν.* — V. 34. sq. Erat iam antiquitus commune quoddam Acarnanum (*τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων*); eius quaedam decreta, quibus publicum hospitium conferebatur, extant in C. I. no. 1793, unde apparet fuisse in eo foedere et concilium (*τὸ κοινὸν* sive *ἐκκλησίαν*) et senatum (*τὰν βουλὰν*) huiusque peculiarem scribam (*γραμματέα τᾷ βουλᾷ*) (hinc in praescriptionibus est, *ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῷ κοινῷ*), eponymum autem *ἱεράπολον Ἀπόλλωνι τῷ Ἀκτίῳ*, magistratus vero *προμνάμονα* et binos *συμπρομνάμονας*. Praeter illos erat foederi suus praetor sive *στρατηγός*; docet id praeter reliquorum *κοινῶν* s. foederum similitudinem etiam Livius (33, 16.), ex quo illud quoque intellegimus *στρατηγόν* non tantum cum imperio militari fuisse sed etiam in concilio retulisse eique ab concilio potuisse imperium abrogari; est igitur probabile ab eodem concilio eum etiam creatum esse, ut Achaeorum, Aetolorum, Phocensium aliorumque *κοινῶν* praetores ab conciliis creabantur. Concilium autem Xenophontis tempore Strati habebatur, quae validissima erat et maxima Acarnaniae urbs (*Xenoph.* hist. gr. 4, 6, 4. *πέμψας ἐς Στράτον παρὰ τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων.* Cf. *Thuc.* 2, 80.). Anno fere Olymp. 143, 4. Leucas „caput Acarnaniae erat eoque in concilium omnes populi conveniebant“ (*Liv.* 33, 17.), ea autem urbs ut postea ab Romanis Acarnanum concilio exempta est (*Liv.* 45, 51.), ita neque Peloponnesio bello neque paulo post ei foederi ascripta sed potius ut aliae eius regionis coloniae Corinthiorum Acarnanibus adversata erat; separatam autem ab Acarnanibus rempublicam tum habuisse eam vel inde apparet, quod Aristoteles praeter *Ἀκαρνάνων* etiam *Λευκαδίων πολιτείαν* scripsit. Olymp. 152. Thurii habebatur Acarnanum concilium (*Polyb.* 28, 5. *κατὰ δὲ τὴν Ἀκαρνανίαν συναχθείσης ἐκκλησίας εἰς Θούριον*). Iudicium commune Acarnanum in castello Olparum erat (*Thuc.* 3, 105. *Ὄλπας τεῖχος — ὅ ποτε Ἀκαρνᾶνες τειχισάμενοι κοινῷ δικαστηρίῳ ἐχρῶντο.*) Id in iudicium probabile est et lites foederatarum civitatum adductas (cf. *Meier* „Die Privatschiedsrichter“ p. 38.) et si qui *τῷ κοινῷ* iniuriam fecisse arguerentur, revocatos esse. Civitates non semper easdem foedus comprehendebat, immo non paucas hac in re vices patiebatur; vidimus id iam de Leucade; idem valet in Argos Amphilochium, quod Peloponnesii belli tempore Acarnanibus quidem amicum et foederatum erat, civitatem autem separatam ab illis habebat (*Thuc.* 2, 68. 3, 114.); postea autem Amphilochia Acarnaniae pars habebatur, id quod ex Scylace, Strabone et Plinio apparet. Quod autem hoc foedere *αἱ πόλεις* commemorantur, id probare videtur illo tempore oppida, quae *κοινὸν Ἀκαρνάνων* constituerint, plus valuisse quam ipsum *κοινόν*.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Utrorumque ut tanta esset copia, praeter inscriptiones quasdam nuperrime, imprimis in Ephemeride Archaeologica, editas et eruditam censuram prioris fasciculi, quam acutissimus *Bergkius* in diario menstruo (Zeitschr. f. Alterth. a°. 1853. no. 35. p. 273. sq.) edidit — aliquotiens ea licuit iam in commentatione altera uti — imprimis fecit praestantissimi *Caroli Keilii* Portensis humanitas, qui tum de priore comm. et publice iudicium tulit (in *Gersdorfi* Repertor. a°. 1852. p. 201. sqq.) et privatim litteris ad me datis quaedam praeclare monuit, tum ubi alterius commentationis plagulas typothetarum opera impressas a me accepisset, rogatus de quibusdam locis sententiam mihi suam aperuit attulitque, quae me fugerant. Ei igitur non pauca etiam eorum accepta refero, de quibus illud non nominatim significavi. Ceterum repetere hic nolui, quae iam essent in prioris fasciculi prooemio exposita.

Itaque p. III. formula *οἵδε ᾐρέθησαν* restituenda est etiam tum in titulo Attico eo quem *Rossius* meus edidit in Mus. Rhen. 1851. p 122., tum in titulo Salaminio, qui est in Ephem. no. 1381, 19. ubi *Pittakisius* habet: *οἵδε εἰρέθησαν.* —

p. VII. Titulus, quem post *Rangabeum* repetivi, editus iam erat anno 1839. in Ephemer. Arch. no. 158. —

P. 4. Titulus no. 1. auctior et emendatior legitur no. 61. — P. 10, 25. „cleruchias quasdam prioribus dominis ab Atheniensibus redditas esse — id — alio plebisscito aut in deperdita parte huius est rogatum.“ Cf. p. 58. — P. 11, 27. pro *fiet* lege: *fit.* — P. 12. De X. talentis cf. p. 38. —

P. 18. no. 3. Titulus auctior et emendatior legitur no. 63. —

P. 20. Formula *γνώμην δὲ συμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον* extat etiam in titulis ap. *Ross.* „Die Demen“ 13, 6. (sive Ephem. 86.), in Ephem. Arch. no. 189. (ubi rescribo: *γνώμην δὲ [συμβ]άλλε[σθαι τῆς βουλ]ῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ.*), ibid. no. 855., ubi expleo: *δεδόχθαι τῇ βουλ]ῇ, τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦσ[αν ἐκκλησίαν χρηματίζειν περὶ τούτων, γνώμη]ν [δ]ὲ [συ]νβάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμο[ν, ὅτι δοκεῖ τῇ βουλῇ ἐπαινέσαι τοὺς ἐφηβεύσαντα]ς ἐ[πὶ] Νικάνδρου ἄρχοντος καὶ στεφανῶ[σαι αὐτοὺς θαλλοῦ στεφάνῳ [ἐπὶ τῇ. ἐ]ν ταῖ[ς“* et Ephem. 1386.', ubi rescribo: *δεδ]ό[χ]θα[ι] τῇ βουλῇ [το]ὺς λαχόντας προέδρους εἰς] τὴν ἐπιοῦσαν ἐκ[κλη]σίαν [χρηματίζειν περὶ τ]ούτων, γνώμην δὲ ξ[υ]μβάλ[λεσθαι τῆς βουλῆς ε]ἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῇ βουλ[ῇ,* ibid. no, 1603. *γνώμη[ν δὲ ξυμβάλλεσθαι] τῆς βουλῆς ε[ἰς τὸν δῆμον, ὅτι] δοκεῖ τῇ βουλῇ,* ib. no. 1601. Eadem restituenda tum ibid. no. 1019., ubi rescribo: *ἔδοξεν τ]ῇ βουλῇ τοὺς [προέδρους τοὺς λαχόντας] προεδρεύε[ι]ν ε[ἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησ]ίαν προςαγαγ[εῖν πρὸς τὸν δῆμον καὶ χρ]ηματίσαι αὐτ[οὺς, γνώμην δὲ συμβάλλ]εσθαι τῆς βουλ[ῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δ]οκεῖ τῇ βουλ[ῇ,* tum ibid. no. 1061, 10., ubi rescripserim: *ἀ]γαθῇ τύχῃ δε[δόχθαι τῇ βουλῇ]ἐπι (?) τοὺς προέ[δρους, οἳ ἂν λάχ]ωσιν* (in lithogr. est: *αναλωσωσιν*) *προ[εδρεύειν εἰς τὴν πρώ]την ἐκκλησίαν [χρηματίζειν] περὶ τούτων, γ[νώμην δὲ συμβά]λλεσθαι τῆς [βουλῆς εἰς τὸν] δῆμον ὅτι δ[οκεῖ τῇ βουλῇ,* tum no. 1363., ubi rescribo: *ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι τῇ [βουλῇ τοὺς λαχόντας προέδρους] εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλη[σίαν χρηματίζειν περὶ τούτων, γνώμην] δὲ ξυμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς,* et no. 1428. sq. —

Ibid. no. 5. Cf. p. 58. sqq. —

P. 23. no. 10. Cf. p. 59. sq. — P. 25. no. 11, 1. scribendum videtur: στῆσ]αι ἐ[ν τ]ῷ ..... [τὸ δὲ ἀνάλωμα] ..... μερίσαι τὸν ἐ[πὶ τῇ διοικήσει. — P. 26. no. 12, 11. *Keilius*: λειτου[ργίας. — P. 27. no. 13, 5. *Idem* in ΛΛΟΝ non Ἥριλλος sed Κεφά]λων statuit latere. Ibid. v. 10. *Idem* διὰ τὸ πεποιηκέναι. — v. 13. *Idem* ὅπως οὖν καὶ ἡ βουλ[ὴ φαίνηται [ἀξίας τῆς] λειτουργίας ἀπονέμουσα [χάριτας. —

P. 28. sq. no. 16, 5. ν et in νσε, quod intra coronam est, *Keilius* explendum arbitratur Δ]υσέ[αν. — Ibid. v. 13. *Idem*: καὶ τὰ ὀνόμα[τα τὸν γραμματέα τὸν κατὰ πρυτανεί]αν ἐν στήλῃ. — *Idem* intellexit in ωκινον latere Φ]ωκίνου, quod extet in C. I. 475, 11.; addo Φώκινον Εὐάλκου imperatorem Megarensium ex Ephem. Arch. no. 1327. sq. Cf. Bericht d. Berlin. Acad. 1844. p. 160. — Ad formam ὁπλομάχην tuendam affert *Keilius* Pindaricum εὐθυμάχης. - παιδευτὰς habemus etiam in Ephem. Arch. no. 855., cuius tituli initium modo restituere conati sumus, v. 7. sqq. autem sic fere scribendum: ἀναγορεῦσαι δὲ τὸν στέ]φανον Διον[υσί]ων τραγῳδῶν τῷ καινῷ ἀγῶ[νι, τῆς δὲ ἀναγορεύσεως τοῦ στεφ]άνου [ἐπιμεληθῆναι] (?) τούς τε στρατηγοὺς καὶ τ[ὸν ἀγωνοθέτην, ἐπαινέσαι δὲ κ]αὶ τοὺς παιδευτὰς αὐτῶν τόν τε παιδοτρίβην, in quibus explendis secutus sum imprimis decreta ap. *Demosthen.* de cor. p. 253. §. 84. p. 265. §. 115. sq. p. 267. §. 118. coll. p. 243. §. 54., nisi quod in illis est Διονυσίοις-τραγῳδοῖς καινοῖς, cuius loco est ibid. p. 244. §. 55. Διονυσίοις τραγῳδῶν τῇ καινῇ et ap. *Aeschin.* c. Ctesiph. §. 34. p. 428. τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν. Quod posui ἐπιμεληθῆναι, eo significare tantum volui quid sententia postularet; nam in litteris α.. εν. εη. aliquid aliud latere certum est. —

P. 30. no. 17, 16. *Keilius*: — της Ἀ[ν]τιμά[χου. — Ibid. no. 18. Cf. no. 66. — P. 31. no. 19, 7. *Keilius*: Β]ούθηρος; Βούθηρος Εἰτεαῖος est in Ephem. Arch. no. 392. — Ibid. Titulum in C. I. Gr. no. 172., quem ego indicem epheborum esse statui, diaetetarum catalogum arbitratur esse *Bergkius* et in eius sententiam discessit *Boeckhius* Oecon. Civ. Athen. I. p. 698. ed. 2[da]. — P. 32. no. 21, 4 Ex ιδος *Keilius* eliciendum statuit: ιλος. — P. 33. no. 22, 3. in λησαντ latere vult λης Ἀντ.. — Ibid. no. 25, 5. restituit Νικονοΐ[δης, ad similitudinem nominis Εὐνοΐδης ap. *Ussing.* no. 11, 4. — P. 34. no. 28, 3. legendum: στρατηγὸς ἐπὶ τὴν πα]ρασκευήν. Cf. p. 50. — Ibid. no. 29. imperatorem ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ commemorari etiam in C. I. Gr. no. 320, 7. monuit *Keilius*. — P. 35. no. 31, 1 et 2. In duos versus disiunxit typotheta, quae unius sunt κλησ σι ηρ, unde *Keilius* supplet: ... κλῆς Σ[ωτ]ηρ[ίδου. — P. 36. ad no. 31, 3. Breviorem formam Ἀσκληπίδου tuetur *Idem* allatis nominibus Ἄσκλαπος Νουμηνος Γενέθλων similibus. — Ibid. ad no. 32, 6. Aliter eo de versu statui p. 31. — P. 38. in no. 36. Praeconium Areopagi satis honorificum fuisse probat etiam inscriptio edita in Diariis Halensibus (A. L. Z. 1838. Mai. I. Bl. p. 248.), quae P. Herennium Ptolemaeum Hermeum, patrem Herennii Dexippi, docet praeconem Areopagi fuisse. — P 39. sq. ἀπαρχὰς *Bergkius* coniecit ab sacerdotibus et magistratibus quibusdam datas esse, quae ad sumptus σιτήσεως ἐν πρυτανείῳ faciendos impenderentur (ich möchte vermuthen, es war dies ein Beitrag, welchen Priester u. höhere Beamte zu der σίτησις ἐν πρυτανείῳ leisteten); est ea coniectura incertior. — P. 40. no. 38, 1. *Keilius*: ἐπιμελητὴς τοῦ ἐμπ]ορίο[υ — Ibid., 5. cf. no. 41, 10. Verbis ἐπὶ τὰ ἱερὰ munus videri Delium significari, ut in duobus titulis Deliis C. I. Gr. no. 2306. et in Add. 2306., b. p. 1040. bini nominentur ἐπὶ τὰ ἱερά, monuit *Keilius*. Ab his utrum nihil differat ὁ ἐπιιερεὺς Δηλίου Ἀπόλλωνος, qui ibid. no. 3814. commemoratur, an hic comparandus sit cum ἐπιθύτῃ Cyzici in C. I. no. 3663. et uterque cum ἐπιδαμιουργοῖς, quos Corinthii quotannis Polidaeam mittebant accessuros ad ipsorum Potidaeatarum δαμιουργούς, non ausim dicere. —

P. 42. no. 43, 9. Πυθίλαος tuetur *Keilius* allato C. I. Gr. no. 1590, b. 60. Πυθίλας Ὀρθαγόρου. — Ibid. 10. Cum κῆρυξ βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρ[είου πάγου infra v. 21. commemoretur, neque fieri possit ut eodem anno duo fuerint praecones Areopagi, qui vero ea in columna commemorentur, eos oporteat eodem anno cum magistratu vel curatione fuisse: *Bergkius*

meum supplementum improbat eiusque loco proponit: *κῆρυξ βουλῆς τῆς ἐξ[ακοσίων*. omissum enim articulum *τῶν* aetate illa excusari et senatus illius praeconem fuisse, id satis constare; cf. *Schoemann.* A. I. P. Gr. p. 261. not. Me quo minus eam in sententiam statim discedam, retinet, quod etsi et *κήρυκα βουλῆς* et *κήρυκα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου* scimus aliquotiens commemorari, nusquam, nisi fallit memoria, *κῆρυξ τῆς βουλῆς τῶν ἑξακοσίων* s. *τῶν πεντακοσίων* aut in titulis aut apud scriptores commemoratur. — Ibid v. 11. pro *Ὀάκων Keilius Β]άκων* rescripsit et v. 12. *Διο...τος* monet expleri etiam posse *Διό[γνη]τος*. — Ibid. v. 13. 16. 18. *Μήδειος Μηδείου Πειραιεὺς Bergkius* ex titulo ap. *Ross.* „Die Demen" no. 14. — Ibid. v. 19. *Bergkius: ἐπιμελητ[ῆς τοῦ Πειραιέως*, eum magistratum commemorari C. I. Gr. no. 123. 124. At vero no. 123. §. 6. est: *τὸν ἐν Πειραιεῖ ὁ καθεστάμενος ἐπιμελητής* ex emendatione *Boeckhii*, no. 124. est: *κεχειροτονημένον δὲ καὶ ἐπιμελητοῦ ἐπὶ τὸν λιμένα*, neuter igitur titulus probat legitimum et forense nomen illius curatoris fuisse *ἐπιμελητὴν τοῦ Πειραιέως*, immo p. 50. no. 24, 9. est *ἐπιμελητὴς τοῦ ἐμ Πειρα[εῖ λιμένος* et p. 52. no. 26, 6. *ἐπιμελητὴς τοῦ ἐν Π[ειραεῖ] λιμένος*, quamquam p. 49. no. 23, 9. ipse conieci *ἐπιμελητὴς Π[ειραιῶς*, neque dicitur *ἐπιμελητὴς τῆς Δήλου* sed *ἐπιμ. Δήλου*. Denique causae nihil video, cur illa curatio eo potissimum loco commemoranda fuerit; cf. p. 89. — Ibid. no. 43, 27. Pro meo *Λα]μπίχου Keilius: Ὀλυ]μπίχου*. — P. 43. De Medeo cf. infra p. 51. 89. –

P. 46. sq. no. 59, 1. *Bergkius: Φ]υλα[σίων*. — V. 11. *Keilius: Θε]ο[φ]είδης*. — V. 13. Pro *ΝΙΛΗΤΟΣ Keilius: Εὔφ]ιλητος*. *Idem* monet v. 22. posse etiam restitui *Μέ]νυλλος* et *Ξέ]νυλλος*, v. 28. *Σωκ]ράτης*, denique v. 30. rescripsit „*ἐποίησ[α]ν*", duos enim videri esse artifices. —

P. 49, 16. Pro p r a e c i d i t — p r o b a t scribendum: p r a e c i d u n t — p r o b a n t. — P. 50, 7. *κήρυκα Ἀρεοπαγιτῶν* amicus negat diversum esse ab praecone *βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου*; sic quod C. I. Gr. no. 379, 9. et 402. dicatur *κατὰ τὸ ἐπερώτημα τῆς ἐξ Α. π. β.*, idem no. 445, 1. dici *κ. τ. ἐ τῶν σεμνοτάτων Ἀρεοπαγειτῶν*. Me quidem, nihil certi professum, illud ut coniicerem movit, quod etiam *γραμματεὺς τῆς βουλῆς* alius est atque *γραμματεὺς τῶν βουλευτῶν*, neque allatum exemplum eam apud me vim habet, ut in titulis idem praeconium utroque modo et *τῆς ἐξ Α. π. β.* et *Ἀρεοπαγιτῶν* dictum perinde esse credam. — Ibid. no. 24, 3. De *Anio* conferri iubet *Keilius Klausenum* „Aeneas und die Penat." 1, 351., si vero *ι* littera in *Ἀνι* non satis certa sit, posse etiam rescribi *Ἀν[ησιδώρας*, quam cultam ab Atheniensibus esse *Pausanias* 1, 31, 2. doceat. — P. 53. *Idem* monet *ναύαρχον* Atheniensium commemorari etiam in decreto ap. *Demosth.* de cor. p. 290., —

P. 53. no. 61, 17. scribe: *ἠπείρῳ*. — 61, 30. Amicus proponit: *καὶ ὅρκον καὶ π]ίστιν δοῦναι [αὐτοῖς*; sic *Aristoph.* Lysistr. 1185. *ὅρκους δ' ἐκεῖ καὶ πίστιν ἀλλήλοις δότε*. *Andocid.* p. 14, 30. *δόντες ἀλλήλοις πίστεις καὶ ὅρκους μεγάλους*. *Polyb.* 4, 17, 11. *τοὺς ὅρκους καὶ τὰς πίστεις ἐδίδοσαν ἀλλήλοις*. Verum sic versus fit XXIX. litterarum, id quod ab legitimo numero XXXI. etiam magis abest quam meum supplementum, quo versus fit XXXII. litterarum. — V. 31. *Idem* proponit: *ἐὰν δέ τινι τυγ]χάν[ωσι*, quod schema Pindaricum *τυγχάνῃ – στῆλαι οὖσαι* non cadat in Attica decreta. Fateor ex his ipsis repetitum exemplum mihi non praesto esse; at apud scriptores Atticos aliquotiens singularis verbi cum plurali substantivi fem. gener. coniungitur, ubi illud praemittitur, hoc autem aliquot vocabulis interpositis ab illo seiungitur, veluti ap. *Thucyd.* 3, 36. *προςξυνεβάλετο οὐκ ἐλάχιστον τῆς ὁρμῆς αἱ Πελοποννησίων νῆες ἐς Ἰωνίαν ἐκείνοις βοηθοὶ τολμήσασαι παρακινδυνεῦσαι*, quamquam is locus interpretes vehementer exercuit; cf *Matthiaeus* §. 303. Accedit quod *τυγχάνωσι* recepto versus fit XXXIII. litterarum, nisi in antecedentibus pro *π]ίστιν δοῦναι [α ὐ τ ο ῖ ς* rescribas *π. δ. τ ο τ ο* i. e. *τούτου*, quo versus ad legitimum litterarum numerum XXXI. perveniat. — V. 41. scribendum: *ὠ ν ῆ τ α ι*. — Col. II., 21. Pro *Ἀστραιοίσιοι*, quod mihi quoque suspectum videri iam p. 5. et 8. significavi, amicus desiderat saltem: *Ἀστραιούσιοι*. —

P. 58. no. 62. Illi titulo mediocriter affinis esse videtur inscriptio, quae in Ephemer. Arch. no. **234**. extat, ubi v. 2. est: *ἐναυπ]ήγησεν ἐξ Αἰγύπτου*, v. 3. *ξύλων εὐωνοτέρων ὑπη* v. **4**. *καὶ προαιρούμενοι τῷ [δήμῳ*, v. 5. *καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τοῖς*, v. 6. *χρ]ήσιμον ἑαυτὸν παρασ[χών*. v. 7. *ἔδειξ]εν ἐμ παντὶ καιρῷ καλ*. v. 8. *λυτρωσάμενος ἐξ Σι[κελίας πολλοὺς Ἀθηναίους ἀπέπεμψε*. v. 9. *Ἀθ]ήναζε τοῖς αὑτοῦ ἀναλ[ώμασιν*. v. **10**. *καὶ ἰδίᾳ πρὸς ἅπαντας κα]ὶ κοινῇ πρὸς τὸν δῆμο[ν*. v. **11**. *τ]ὴν εὔνοιαν, ἣν ἔχων διατ[ελεῖ*. v. **12**. *καὶ νῦν εἰς τὴν φυλακὴν [τῆς χώρας καὶ τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως ἐπέδωκεν]*. v. **13**. *ἀργυρίου*. v. **14**. *δεδόχθαι τῷ δήμ]ῳ ἐπαινέσαι [τὸν δεῖνα] Σαλαμίνιον*. —

P. 59. no. 62, 19. In supplemento Graeci editoris *μήτε πλεῖον* 𐅅 *μηδὲ ἔλαττον* 𐅅 quae reprehendo p. 61., amicus partim removere conatur proponens *μήτι* pro *μήτε*, partim negat incredibile esse, quod „parum probabile“ esse dixi, interdictum fuisse ne quis supra D drachmas dono populo offerret. Mihi istud *μήτι* ieiunum videtur. — no. 62, 20. Amico displicet [*καὶ τὰ ἄλλα τίμια κα]ὶ ἐπαινεθῆναι καὶ τιμηθῆναι ὑπὸ τοῦ δήμου*, verum aliud supplementum, veluti *φιλάνθρωπα*, versus spatium non patitur. — Mox *Keilius* ad sententiam perquam accomodatum proponit: *ὥσπερ ἐστὶν ἄξι]ος ἕκαστος*, quo etiam versus fit XXXXVIII. litterarum. — P. 59. v. 9. a fin. pro 𐅅 — 𐅅 rescribe: 𐅅 — 𐅄. — P. 60. Exemplum Zenonis attulit etiam *Bergkius* in censura prioris fasciculi p. 276. Non huc pertinent sepulcrales tituli, veluti C. I. Gr. 5783. *Εὐκρατίδας Πεισιδάμου Ῥόδιος φιλόσοφος Ἐπικούρειος*. no. 5814. p. 1256. *φιλόσοφος Ἀκαδημεικός*. 6451. *Ξένων Ἀρχί[ου] Τυνδαρῖτ[α] φιλόσοφε χαῖρ[ε*. — P. 61. ad v. 28. ad formulam *τὸ δὲ ψήφισμα — εἶναι ἅπαν εἰς φυλακὴν τῆς χώρας* illustrandam affert *Keilius Curtii* An. Delphic. no. 68. sq. *ταῦτα δὲ εἶναι εἰς φυλακὴν τῆς πόλεως*. C. I. Gr. no. **2349**, b. (p. **1063**) v. **21**. *[εἶνα]ι δὲ τὸ ψήφισμα εἰς πόλεως σωτηρίαν*. *Ross*. Inscrr. Ined, 2. no. 96, **4**. p. **11**. *ἅπαν εἶναι εἰς φυλακὴν τοῦ δήμου καὶ τῆς [πόλεως* vel *χώρας*. — P. 62. no. 63, 2. Scribe: *ἐπιοῦσαν*. Cum vero forense non sit *χρηματίσαι περὶ αὐτῶν*, sed potius *χ. π. τούτων*, *Keilius* proponit:

τοὺς προ-
έδρους, οἳ ἂν λάχωσιν προεδρεύειν ἐν τῷ] δήμῳ εἰ[ς τὴν πρώτην
ἐκκλησίαν χρηματίσαι περὶ τούτων, γν]ώμην δὲ ξυμ[βαλλεσθαι τ-

sic etiam hos versus fieri L litterarum. — Ibid. v. 5. *Keilius* verissime: *ἐπὶ Θεο]βίου*, quod nomen extet no. **24**, **13**; et v. 8.: *οἷς [ἡ πόλις τίθησιν*, quo itidem versus fit L litterarum, qui meo supplemento *συντελεῖ* factus est LI litterarum. — Verba *καὶ τὸν ἀρχιτέκτονα τ. α. κ. κατανέμειν αὐτοῖς τὴς θέαν* me admonent decreti Attici ad Colophoniorum populum et legatos ornandos facti, quod est in Ephem. Arch. no. **1340**, **24**. sqq. et in hunc modum rescribendum videtur:

καὶ στεφανῶσαι ἕ-]
καστ[ο]ν αὐτῶν θαλλοῦ στεφάνῳ [εὐνοίας ἕνεκα καὶ ἀν-
δραγαθίας τῆς εἰς τὸν δῆμον τον [Ἀθηναίων, καὶ καλέ-
σαι αὐτοὺς ἐπὶ δεῖπνον ἰ[ς τὸ πρυτανεῖον εἰς αὔριο-
ν, ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν γραμμα[τέα ἐν στ-
ήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι ἐν ἀκροπόλει, [εἰς δὲ τὴν ἀν-
αγραφὴν τῆς στήλης δοῦναι τὸν ταμίαν [τοῦ δήμου ΔΔΔ
δραχμὰς ἐκ τῶν εἰς τὰ ψηφίσματα ἀνα[λισκομένων τῷ
δήμῳ, κατανεῖμαι δ' αὐ[τοῖς] καὶ θ[έαν τὸν ἀρχιτέκτο-
να εἰς τὰ Διονύσια.

Sic singuli versus sunt XXXXI litterarum praeter versum trigesimum, qui est XXXXII, id quod nota numerali fortasse excusatur: quod post *Διονύσια* extat *ταπε.... υκα* non licuit expedire; displicuit, in quod incideram, *τὰ Πειραϊκά*: nam desideres potius *τὰ ἀστυκά*. —

V. 28. autem desideres τὸν γραμμα[τέα τῆς βουλῆς, illud autem spatio versus maius est. —

P. 63. τοὺς λαχόντας προέδρους est etiam in Ephem. Arch. no. 855. no. 1019 (quae supra adscripsi Add. ad p. 20.) et ibid. no. 284. (ex mea emendatione p. 66.). τοὺς προέδρους οἳ ἂν λάχωσι extat ibid. no. 1061, 10. (cf. supra Add. ad p. 20.) et no. 902. τοὺς προέδρους οἳ ἂν τυγχά[νωσι προεδρ]εύοντες ἐν τῷ δήμῳ ibid. no. 1627. hinc no. 1601, 6. incertum est sitne τοὺς προέδρους ο[ἳ ἂν λάχωσι an ο[ἳ ἂν τυγχάνωσι προεδ]ρεύειν εἰς τὴν πρώτην [ἐκκλησίαν supplendum. — Ibid. fin. et p. 64. quae de verbis κατὰ τὸν νόμον additis nonnumquam post στεφάνῳ χρυσῷ, numquam post θαλλοῦ στεφάνῳ dixi, ea confirmantur etiam titulo in Ephem. Arch. no. 1032., qui honorando Ἀλκαίῳ Ἡραίου Ἀναίῳ (nam sic, non vero Ἀνείῳ scribendum est) factus — videtur ille apud regem Demetrium Poliorc. auctoritate et gratia multum valuisse — etiam haec continet: καὶ στεφανῶσαι χρυσ[ῷ στεφάν]ῳ κατὰ τὸν νόμον Ἀλκαῖον [Ἡραίου Ἀναῖ]ον. Ibid. no. 1057. decretum est tribus Erechtheidis Antisthenem Nicandri Lamptrensem ornantis, in quo insunt: καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ κατὰ τὸν νόμον, unde non dubito etiam no. 1069. rescribere: καὶ στεφανῶσαι] ἑκάτερον αὐτῶν [χρυσῷ στεφάνω]ι κατὰ τὸν νόμον. Refragari videtur titulus Astypalaeensis ap. *Ross.* Inscr. Ined. 2, 163., ubi extat στεφανωθεὶς ὑπὸ τοῦ δάμου θαλλοῦ στεφάνῳ τῷ ἐκ τοῦ νόμου, sed nihil hinc neque in Attica decreta neque in formulam κατὰ τὸν νόμον colligi licet. —

P. 64. no. 64, 13. Quam p. 66. in Graeci editoris supplemento reprehendi brevitatem καὶ χρηματίσαι pro κ. χ. περὶ τούτων, eandem reperiri etiam Ephem. Arch. no. 32, 22 = *Clariss.* Inscr. III. p. 23. monuit *Keilius.* Eadem fere est etiam ibid. no. 1019.; cf. suppl. ad p. 20. — Ibid. no. 64, 16. sq. *Idem:* τὰ μὲν ἀγα[θὰ δέχεσθ]αι τ[ὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίω]ν ἃ ἀπαγγέλ[λει ὁ ἱερ. γεγ. ἐν τοῖς ἱερ]οῖς οἷς ἔθυε[ν ἐπὶ τύχῃ καὶ σωτηρίᾳ της βουλ]ῆς καὶ τοῦ δήμου [καὶ παίδων καὶ γυναικῶν. Extat hoc non modo in titulo Ephem. Arch. no. 284., quem p. 66. commemoravi, sed etiam ibid. no. 1343, ubi supplendum est: ιῶνος δεκάτ]ῃ ὑστέρα[ι ὁ δεῖνα εἶπ]εν, ὑπὲρ ὧν ἀπ[αγγέλλει....γεγονέναι ἐν τῇ π]ομπῇ — δεδόχθαι τῷ δήμῳ, τὰ μὲν ἀ]γαθὰ δέχεσθα[ι τὰ γεγονότα ἐν τοῖς ἱεροῖς οἷς ἔθυεν ὑπὲρ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου καὶ π]αίδων καὶ γυνα[ικῶν, ἐπαινέσαι δὲ καὶ τὸν δεῖνα] ....ο]ν Σουνιέα καὶ [στεφανῶσαι αὐτὸν θαλλοῦ στεφάνῳ εὐνοία]ς καὶ φιλοτιμ[ίας ἕνεκα, ἣν ἔχων διατελεῖ πρὸς τὸν δῆμον, ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν γραμματέα τὸν κατὰ π]ρυτανείαν ἐν [στήλῃ λιθίνῃ καὶ στῆσαι ἐν... εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλης μερί]σαι τὸν ἐπὶ τῇ δ[ιοικήσει ΔΔΔ δραχμάς. — Ibid. no. 64, 21. καλῶς [και δικαίως non repugnare forensi consuetudini, si forte ἐπεμελήθησαν vel simile quid praecesserit, monuit *Keilius* adhibitis eam in rem Ephem. Arch. no. 32, 15. sive *Clarisse* p. 23. C. I. Gr. no. 98. II., 5. III. 5.; alias coniungi καλῶς καὶ ἱεροπρεπῶς C. I. Gr. no. 2270, 21. — P. 65. De religione deorum Σωτήρων et dearum Σωτειρῶν haec addo: Πὰν Σωτὴρ est in titulo C. I. Gr. Vol. III. p. 1216. no. 4836. h. Ἶσις Σώτειρα ib. p. 1229. no. 4930, b. et c. Ἶσις Πανσώτειρα ibid. p. 1221. no. 4900. Ad quemnam deorum Σωτήρια τὰ ἐν Δέλφοις commemorata Ephem. Arch. no. 915. et sodalicium Σωτηριαστῶν apud Rhodios (*Ross.* Inscrr. Ined. 3, 282.) pertinuerint, non constat; quam late autem illa deorum Servatorum religio apud Graecos patuerit, probant etiam, ni fallor, tot inde derivata nomina propria tum virorum tum mulierum veluti Σωτηρᾶς, Σωτηριάδης (*Goettling.* Inscrr. Olymp. 3, 18.) Σωτηρίδας, Σωτηρίδης (C. I. 1570, b. 48· 3668.), Σωτηρικός, Σωτήριος (C. I. no. 3698. *Keil.* Inscr. Boeot. p. 170.) Σωτήριχος, Σωτήρειχος (C. I. no. 3345.), Σωτηρίων (ib. 2. p. 1047. no. 2322, b. 57.), Σώτηρος (*Philostrat.* V. S. 2, 23. p. 605. *Keil.* l. c. p. 192. 239.) Σώτειρα (C. I. 4079, c. Vol. 3. p. 1111. no. 3251. Xenophont. (?) epist. 3. p. 48. Orell.), Σωτηρίας (C. I. 3334.), Σωτηρίς, Σωτηρίχα (*Keil.* l. c. p. 154. 228. *Ussing.* 6, 22.), nam Σωτή (C. I. no. 3587.

3699. 4303, *K.* 4822 sq. 4986. 4989. 4996 sq. 5006. 5031 sq. *K.*) *Σωτηρία* (C. I. Vol. 3. p. 1155. no. 4325, *K.*) non huc pertinent. *Iuppiter Conservator* est apud *Orelli* no. 1629. et in titulis Dacicis ap. *Neigebauer* „Dacien" no. 27. 28. 50. 97. — P. 67. *δεκάτ]η ὑστέρᾳ* restitui etiam Ephem. Arch. no. 1343; cf. Add. ad no. 64, 16. Idem inest etiam in Ephem. Arch. no. 1372. *Μεταγειτνιῶνος δεκάτῃ ὑστερᾷ, μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας.* Notabile, quod in Ephem. Arch. no. 1380. extat, ubi rescribo: *ἐγρα]μμάτευεν, Ἐλ[αφηβολιῶνος δεκ]άτῃ προτέρᾳ, εἰ[κοστῇ τῆς πρυ-ταν]είας.* Quae, quod meminerim, ibi primum reperta sunt *δεκάτῃ προτέρα*, significant, ni fallor, diem vicesimum mensis, ut *δεκάτη ὑστέρα* est XXI^us^. — P. 69. no. 66. I. A. 18. *Ἀρχέμαχος Φηγαιεὺς* est etiam in Ephem. no. 1364. — I. A. 59. *Μητρόδωρος Ἀθμον* est etiam ibid. no. 1662. — I. B. 23. *Keilius Ναυκράτιος* non in illam aetatem cadere ratus, praelaturus est si lacunae spatium admittat, *Ναυκρατί[δης.* — P. 73, 4. a fin. adde. B. 8. In Ephemer. Arch. no. 1492. est *Προκλείδης Φιλοκλέους Ἀγγελῆθεν.* — P. 73. extr. De *Ἡρῴδης Ἡρῳ-διανός* similibus cf. *Keil.* Inscrr. Boeot. p. 58. — P. 74. Titulum Ephem. Arch. no. 1204. praeclare edidit et illustravit *Boeckhius* in „Monatsberichte d. Kgl. Akadem. d. Wiss. zu Berl." 1853. Octob. 27.; post eius autem restitutionem versus octavi *οἱ τα[μίαι τῶν ἄλ]λων θεῶν Γόργοινος Οἰνείδου Ἰκαριεὺς [καὶ ξυνάρχοντες]*, nemini dubium erit, quin quod v. 25. extet *ἐπὶ Γοργοίνου ἄρχοντος* intellegendum sit de quaestore aerarii reliquorum deorum sive de praeside quaestorum illorum. — P. 76. fin. „Glaucias *Atedii* Melioris delicatus" ap. Statium Silv. II, 1. Monuit *Keilius.* —

INDEX.

Nomina propria, quibus quidem Papei Lexicon caret, asterisco notavi; archontum autem eponymorum nomina, quae index eorum litterarum ordine factus comprehendit, repetere nolui.

*

INDEX SCRIPTORUM ET TITULORUM QUI IN HIS COMMENTATIONIBUS EPIGRAPHICIS EXPLICANTUR VEL EMENDANTUR.

HALAE, FORMIS HENDELII.



